





Q. D. B. V.

1330.

16

DISSERTATIO JURIDICA

De

EXCEPTIO.

NIBUS,

hodierno ferè Foro accommodatis;

Quam,

Permisu Magnifici Jctorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,

ac Excellentissimi

DN. JOACHIMI *Bergers* /

J. U. D. & Prof. Publ. Cur. Elect. Scab. Jurid. Facult.

nec non Judicii Provincialis, quod est in inferiori

Lusatia, Assesf. Gravissimi,

DN. Patroni, ac Præceptoris sui omni honore

cultu suspiciendi & prosequendi,

Ad d. ~~17~~ *Septemb.*

publicè examinandam exponit

AUTOR

FRANCISCUS MÜHLMANNUS, VVitteb.

IN AUDITORIO JCTORUM

Horis consuetis.

WITTEB. Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LXIV.

41.



eod
ben
ver
his
acci
de
ren
tè J
aut
litas
uni
ner
im
mn
lite
est
istiu
qu
pta



1341.

generalitatem suam non procedit. In hac autem æquitate fundatæ sunt exceptiones per *pr. Inst. de Exc. l. i. §. i. & l. 12. D. de Dolo malo & met. exc. l. i. de vacat. & excus. muner. l. 36. C. de transact.* quâ ratione æquitatis esse dicuntur *Wesemb. de Exc. n. 8.* Quare quum non parum utilitatis, harum si naturam probè cognitam perspectamq; pariter habemus, in nos redundet; de hac Exceptionum perquam utili materia, præeunte mihi Sacrat. Imperatore in *pr. Inst. t. i. ff. & C. de except.* disserere animum induxi. Ut verò ordine procedatur, qui secundum Baldum est modus agendi, quo sine nihil rectè agitur ac sine quo qui procedit, equum per caudam frenare dicitur. *Varemund. ab Ehrenb. de Fœder. lib. i. c. i. n. 147.* Idcirco exceptionum Etymologiam, Homonymiam seu æquivocationem, Synonymiam, Definitionem, Originem, Divisionem, Causam efficientem, Materiam, Formam, Finem, Effectum, Affinia & Contraria deniq; proponam. Cum DEO Ter Opt. Max. verò auspico, bene namq; cuncta geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile DEO. E contra, ubi is non est fundamentum, ibi nullius boni operis est superadificium. *c. c. Paul. 26. caus. quest. i.*

TH. I.

PRIUSquam verò quæ in ipsis rerum argumentis obtinent persequar, nominalem definitionem perlustrare non displicet. Usu enim vocis cognito, in ipsius rei perceptionem sæpè provehimur. Et nisi conveniamus in nominum significatione, de rebus certè non potest esse disputatio *Matthias Steph. de Jurisd. lib. i. c. i.* Hoc ipsum quoq; eximie declarat ac ostendit Ulp. in *l. i. de J. & J.* cum inquit: Juri operam daturum, nosse prius oportet, unde nomen Juris descendat. Nominalem autem definitionem, tribus constare membris perspicuum est,

est, scil. Etymologia, Homonym. & Synonymia, de singulis
breviter.

TH. II.

1342.
Quum verò Sacratiss. Imperat. in *pr. Inst. de except* ait :
Exceptiones defendendorum reorum gratia cum quibus agitur,
comparatas esse, patet easdem instar armorum esse, quibus quis
se defendit, inde exceptio dicta est, quasi quædam exclusio; ex-
cludit enim id quod in intentionem, vel condemnationem de-
ductum est, *l. 2. pr. ff. de except.* Sed errant eximie, exceptionis
etymon, ab excludenda actione esse, qui putant, quia *Ulp. ind.*
l. 2. pr. non tam originem ejus explicat, quam exceptionem de-
scribit. *Myns. ad rubr. Inst. de except. n. 4. Treutl. V. 2. D. 26. §. 1.*
lit. a. Nec obstat, quod dicit, dicta est, vim enim potius, quam
vocem *Ulp.* ponderat, teste *Wesemb. in π. C. de exc. n. 2. pr. ac Bach.*
ad Treutl. d. l. Ulpianus in d. l. 2. verbo exclusionis rem ipsam &
effectum respicit, quoniam exceptio excludit regulam i. e. vim
ejus & potestatem, & efficit ut ne reus ad dandum, vel facien-
dum condemnetur; *Schneid. Inst. b. Fom. Disp. 34. ad Inst. §. 1.* Descen-
dit ergo Exceptio ab excipiendo; nonnulli hanc adducunt ratio-
nem, quod exceptione sic excipiatur actio intentata à debitore,
quam in alium retorquemus. Verum, sicut cum ex regula detrahi-
mus casus quosdam, excipere dicimur: Ita etiam quando actioni
propositæ non esse locum contendimus. *Donell. ad rubr. C. de*
exc. n. 11. Myns. ad rubr. Inst. b.

TH. III.

Homonymiam quod attinet, hæc sanè quam latissimè hic
se diffundit. Exceptionis enim vocabulum significat interdum
arripere, complecti, ut maledicta, verba, sententias, mandata,
dolores & hujus generis alia. Quod cum ab instituti-
ratione ferè alienum, ad id potius, quod præsens tractatio effla-
gitat, deveniendum. Accipitur verò aut latè seu genericè,
pro omni defensione, sive ea replicatio sive duplicatio, sive tri-
plicatio, sive quadruplicatio sit per *l. 2. §. 1. ff. de except. §. 3. Inst.*
de replicat. Aut strictè & specificè pro eâ, quæ actionem de jure
Civ. subsistentem excludit *tit. ff. & C. de except.* & sic replicatio
& quadruplicatio huic videntur contrariæ, prouti *§. ult. dice-*
tur.



tur. Et hęc acceptio nō excipere est excludere, vel eximere aliquid de numero & regula *dict. l. 2. b. vocatur & conditio propter formulas, non, nisi &c. in l. 22. b. t. quarum tamen usus hodiē nullus Zang. P. 1. c. 3. n. 18. Tract. de Except.*

TH. IV.

Est autem exceptio actioni objicienda. Quid si actio nulla competat, vel quæ competierat, solutione, novatione, compensatione &c. sublata sit? Resp. quærendum hæc in quæstione, an actio competat, vel juris vel facti ratione, nec ne. Si juris, certum est, Prætorum nullum actoris Jus deprehendentem actionem denegaturum *l. 27. in pr. de V. O. l. 30. de solut. l. 27. §. 1. de min. l. 26. §. 4. ex quib. caus. maj.* Sin facti (quod apud judicem pedaneum examinatur,) vel hoc puta solutionis, novationis &c. actor fatetur, vel inficiatur. Si fatetur & tum Prætor quoq; actionem denegabit, cum ex facto isto constet, omne Jus agendi sublatum esse. Sin inficiatur, non sufficit simpliciter intentionem actoris negare, quippè quam per falsas probationes à judicè imperito, vel corrupto forsan obtinere potest, sed ipsius facti solutionis &c. probatio reo est necessaria, quæ probatio sit post objectam exceptionem, quæ reum ipso jure tuetur *l. 9. de R. V. l. 34. §. 1. de O. & A.* Accuratè ergò loquendo exceptio facti, seu intentionis, seu tibi non competit actio, nudam denotat allegationem, quia obligatio ipso jure sublata fuit, tolli verò via exceptionis & tolli ipso jure regulariter opponuntur: & sine jure agendi nemo experiri potest *l. 5. §. ff. de negot. gest. adeò ut si judicis constet, actorem non habere jus agendi, debet eum à judicio repellere, etiamsi reus non excipiat arg. l. 40. C. de transact.* Quia verò reus in facto sese fundat, ac proinde idem probare debet, huic exceptioni non omnè adimerem excipiendi vim, siquidem exceptio, ut litis ingresum impediens & à responsione & à litis contestatione reum liberat. *Nov. Ordin. Judic. Sax. T. XI. §. 88 wehren dann. Dn. Carpz. Process. T. XI. art. 7. n. 25. §. l. 2. Resp. 58. Zanger. de except. p. 3. c. 20.*

TH. V.

Super est adhuc in definitione nominali, ultima pars; Synonymia scil. seu quomodo aliàs exceptiones posteriori illo significati.

gnificatu nominentur. Varia autem in Jure ejus sunt synonyma, l.14. l. pen. ff. b.t. l.50. §.1. de judic. l.8. l. ult. C. h. t. l.13. C. de procurat. l.29. pr. de except. rei judic. l.11. l.13. ff. b. Vocantur enim Præscriptiones in cit. U. add. Excell. D. Struv. Exerc. 46. §.3. Undè in scriptio tituli C. non concipitur de exceptionibus & præscriptionibus, quasi rebus diversis, sed de exceptionibus seu præscriptionibus. Donell. ad rubr. C. de except. n.15. quia verbum præscribere inter alia significat dictare (dictat enim reus & præscribit, exceptionem opponendo actori, quomodo intentionem concipere, aut actionem sibi dari postulare debuisset Zang. d. l. n.12) & ostendere alicui, quomodo se gerendum habeat & quid facto opus sit, quod quilibet reus, qui exceptione utitur, facere intelligitur. Vid. l.34. §.3. ff. de leg. 3.

TH. VI.

Nec quicquam facere potest, quod nonnulli dicunt exceptionem à præscriptione distare, ut genus à specie, ut notat Mynsng. ad pr. htc: vel quod asserunt, distinctas diversasq; res esse, quia separati tituli, de excepti: & præscriptionibus t. t. ff. & C. de except. t. t. C. de præscript. long. temp. t. t. ff. de div. temp. præscript. Reponimus enim, quod præscriptio generaliter accepta, sit quævis exceptio arg. rubr. C. de except. l.23. ff. eod. l. pen. & ult. C. h. l.91. ff. de Solut. Specialiter verò usurpata, quæ ex longa possessione proficiscitur t. t. C. de præscr. long. temp. t. t. ff. de div. & temp. præscr. nihilq; aliud quàm exceptio temporis est l.5. §.1. l.12. ff. de Div. & temp. præscr. l. pen. C. de præscr. 30. ann. add. Zang. de except. P.1. c.3. n.26. ubi tamen vix ferri poterit, quod, exceptiones & præscriptiones esse easdem, probare hoc simili vult, quia Legatum & Fideicommissum idem significant. l.1. ff. de leg. 1. eum d. l.1. non de identitate, sed exæquatione, quæ cælo distant, tractetur.

TH. VII.

Sciendum verò, exceptionem quæ in Legibus præscriptio dici solet, jam actionem perimere l.29. de exc. rei judic. l.91. de solut. l.11. l.23. h. t. l.12. §.2. de inoffic. test. jam saltem eandem differre, ut est præscriptio moratoria l.2. C. de prec. Imp. offer. jam judicium omninò declinare, ut est præscriptio fori l.13. C. de

mere
pro-
usus

actio
one,
quæ-
ne.
nden-
solut.
apud
onis,
tum
stet,
sim-
falsas
ere
cesla-
ipso
ò lo-
etic
re sub
riter
§.f.
abere
n ex-
fun-
omne
sum
erat.
Pro-
c.20.

;
Sy-
llo si-
gnifi-



de procurat. l. 29. C. de pact. Excell. D. Struv. Præceptor meus adhuc
colendus Exercit. 46. §. 3. Exceptiones præterea præjudicia
dicuntur. ff. de exc. præscr. §. præjud. de quo Rayard. lib. I. de
præjud. c. 7. §. seqq. Zang. par. 1. c. 3. n. 31. 32. 33. Quidam exceptio-
nem præjudicii appellant exceptionem præjudicialem: de qua
prostant *ix. in. l. 16. §. 17. l. 18. §. l. 21. D. de exc. l. 54. D. judic. l. f.*
C. de petit. hered. Dicta autem est hæc exceptio, quod per eam,
videatur præjudicium fieri quæstioni alicui, quæ cum ea, quæ
in iudicium deducta est, aliquam habet affinitatem, ita ut si hæc
decidatur, & illa per consequentiam decisa esse intelligatur.

TH. VIII.

Hæc de nominali, nunc ad realem, quæ Interpretibus di-
citur fax & anima totius tractationis, quæ rectius percepta to-
tum rectius percipitur negotium. Omnis verò reus, iudicio
qui contendere paratus ad defensionem suam, aut inficiatione
utitur, aut depulsione *Vinn. ad. pr. f. b.* Inficiatio est, cum
negat ullam auctori esse actionem, de eo quod petitur. Depul-
sio cum reus de actione confitens, tam in jure quam in facto, eâ
defensione utitur, quæ actionem removet. Illa nunc defen-
sio in usu Juris appellatur exceptio. Considerari autem ea po-
test quatenus proponenda adhuc, sicq; Jus excludendi seu eliden-
di est, id, quod ab auctore intenditur *Excell. D. Struv. d. Exerc.*
§. 2. Vel ut proposita in iudicio, quam acceptionem hinc desi-
deramus.

TH. IX.

Cum verò sæpè accidat, ut licet ipsa actio sit justa & Jure
fundata, si per se consideretur; iniqua tamen sit adversus eum,
cum quo agitur *pr. §. 1. f. de exc.* Undè exceptionem ita de-
finit Theophilus, ut sit allegatio quædam reo competens, ad-
versus actionem, quæ Jure Civ. sit inefficax, sed natura iniquas
habeat vires: quam, cum ad eò commodum genus præ se non
ferat, ac de differentia specifica sileat, missam facio. Ego de-
finitionem ex Ulpiano *l. 2. in pr. ff. b.* desumo, quæ hæc est, quod
sit exclusio (legitima) quæ interponi actioni cujuscunq; rei so-
let, ad excludendum id, quod in intentionem condemnatio-
nemve deductum est. *add. Bach. ad Treuil. V. 2. D. 26. §. 1.* Alii
cum

cum Paulo in l. 22. eod. illam per conditionem describunt. Et, si quod res esset, dicendum, parum imò nihil in definitionibus hisce differentie invenitur, nisi quod illa formae exceptionum substantialis; hæc earundem effectus specialiozem contineat designationem. *add. Excell. D. Struv. d. l. 9. 2.* Conditio autem vocatur respectu habito ad veterem formulæ præscriptæ modum l. 1. §. 6. *ne quid in flum. publ.* quæ tamen hodiè relegata, cum quibus eunq; verbis sive scriptis, sive non, fieri possit, de quo supra.

TH. X.

Quo verò hujus definitionis requisita innotescant, illa logicè examinanda veniunt. Non ignotum, definitionem omnem genere & differentia constare debere, quæ & hic apparent. Generis loco exhibetur exclusio, seu jus excludendi, sicut enim actio in *pr. 7. de Act.* definitur jus persequendi, ita quoq; Jus excludendi ipsa exceptio erit, utpote actioni opposita. Differentia sumpta est, 1. à formali; est enim exceptio legitima quædam exclusio, l. 2. *pr. b.* Si sc. probata sit à reo. Legitimum namq; hoc est, à Lege quod probatur & secundum eam fit. 2. ab objecto in verbis hisce, Cujuscunq; rei, & quidem ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum est; siquidem non tantum actioni intentatæ, sed & executioni exceptiones opponi possunt. 3. à subjecto, quod reus constituit; nihilq; inter est, quod non expressè harum personarum fiat mentio, fit tamen *ἐναλλάγδω* seu implicite. Hinc quando dicitur, quæ actioni cujusq; rei solet opponi, nihil est aliud, quam quæ à reo actori objici solet; siquidem exceptio, ut accidens requirit subjectum.

TH. XI.

Ita verò exceptione elidi actionem intelligendum est, si actioni opponatur; nisi enim opposita fuit nihil operatur, sed necessariò sequitur condemnatio §. 1. *Inst. b.* Neq; ante actionem, exceptio proponi potest, ut in thesi antecedenti dictum l. 2. *ff. de Exc. l. 5. §. f. ff. de Dol. exc.* nisi in causa necessitatis, ut si dolosè extrahat actionem actor, usq; dum reus abfuturus

B

est,



est, per l. si ita quis §. Seja ff. de V. O. Wesenb. in n. C. de
except. n. 9.

TH. XII.

De definitione haecenus, Originem nunc & causam exceptionum impulsivam investigare ac inquirere, animi fert lubentia. Ad scribo autem eandem Juri naturæ sive Gentium partim, partim Juri Civ. Sunt n. ex æquitate, ut in præf. dictum, contra Juris rigorem & summam rationem introductæ l. 1. §. 1. de Doli exc. l. 3. §. 5. ibi. Dd. ff. de J. §. 7. in qua omnis defensio Jure Naturæ introducta, asseritur. Vid. §. 1. Inst. h. adeo fit, quod licet ex communicatus ab agendi c. 8. c. 12. except. non tamen ab excipiendi ac eatur facultate d. c. 8. c. 5. eod. Deinde ex mente Vinnii sic argumentor, si exceptiones ex formulâ judicii natæ, judicia autem originem habent ex Jure Nat. primo augmentum ex Jure Gent. l. 2. pr. ff. de O. J. (sic cognitum fuit judicium tempore Mosis Deut. 24. ibi: non pervertes judicium advenæ & pupilli &c. Jerem. 22. facite judicium & justitiam) quid ni & ipsæ exceptiones? Nec alicujus ponderis est, illud Corasii 2. Misc. c. 16. n. 10. Exceptio est actionis exclusio, l. 2. h. & actiones Juris Gent. inventionem sunt à Jure Civ. in ordinem positæ, ergo non ex Jure N. Non enim querendum, undè actiones formam & normam acceperint, sed undè exceptio originem tenus descendat. Hinc est quod Dd. volunt, eas in Paradyso ortum jam habuisse, exceptionem enim usus est Adam, dum culpam violati mandati, de non vescendo pomo in mulierem Evam transtulit Gen. 3. v. 12. Quod verò obvertitur: Quid est origo? An non rei principium? ubi autem id dabis, si res ipsa non subsit? at res subsistere non potest præterquam si forma adsit. Resp. Jure Gentium forma essentialis exceptionum consistit, in sui defensione, modum verò defensionis expolivit Resp. Romana.

TH. XIII.

Divisionem quod attinet, plures passim traduntur, quas omnes hic commemorare ac recensere, animus non est; Celebriorum hinc in Jure potissimum Civ. mentionem saltem faciã. Desumuntur autem vel à causa efficiente l. materiali, vel à fine & effe-

& effectu. A causa efficiente, quædam sunt Civiles, quædam Prætorix §.7. *Inst. de exc.* Illæ quæ ex legibus, vel legisvicem habentibus descendunt, ut SCtis, Principum Placitis: Hæ verò ex Prætoris jurisdictione ortum trahunt d. §.7. Plerasq; prætorias esse, civiles perpaucas, notant *Giphan: Myns. ad d. §.n.5.* quoniam imò *Vinn. ad d. §. Inst.* hæc scribit; Exceptionum ex Legibus propriè dictis descendendum nulla mihi occurrit, arbitrator tamen exceptionem rei judicatæ ex Lege 12. tab. esse; additq; aliam ex .12. tab. si telum manufugit ad d. §.7. f.

TH. XIV.

Ex Principum Placitis, oritur exceptio divisionis inter plures fidei iutores §. 4. f. *de fidej.* quæ ex l. 26. ff. & l. 3. C. de *fidei iusf.* describi potest, quod sit fideiusoribus tributa quorum si unus de toto conveniatur, is, si ceteri, tempore litis contestatæ solvendo sint, non nisi in virilem partem tenetur. Incidenter hinc fideiusorum beneficia tangere lubet; tria verò sunt. 1. Est beneficium ordinis seu excussionis, ut creditor prius debeat principalem debitorem usq; ad succum & peram executere. 2. Divisionis, de quo dictum. 3. Cedendarum actionum, ubi creditor fideiusoribus, qui pro confideiusoribus solverunt, actionem cedit. Oritur quoq; ex Imperialibus Constitutionibus exceptio non numeratæ pecuniæ §.2. f. *de exc. l. in contractibus C. de non num. pes. Form. D ad Inst. 22. §. 2. 3. & 4. lit. c. p. 470.*

TH. XV.

Ex SCto descendit exceptio SC. Vellejani t. r. ff. & C. ad SC. *Vellej.* item Macedoniani t. r. ff. & C. ad SC. *Maced.* §. pen. *Inst.* quod cum eo qui in alien. pot. vid. *Dn. Carpz. in Processu Tit. 12. A. 3. n. 31.* quæ incidenter hic pertractantur, sunt enim peremptoria. Cui exceptioni locus, nisi filiusf. in rem patris necessariam acceperit mutuo pecuniam l. 7. §. 12 ff. ad SC. *Maced.* Vel pater consenserit l. 2. l. 4. & ult. C. eod. Vel filiusf. paterf. factus debitum agnoverit l. 7. §. ult. & l. 9. pr ff. ad SC. *Maced.*

TH. XVI.

Exceptionum à causa materiali fluentium altera divisio, quod

B 2



quod sint vel in personam, vel in rem §. *fin. Inst. de repl. §. 7.*
§. b. l. 7. ff. eod. In personam sunt, personæ quæ coherent, aliis
 verò, ut successoribus & fidejussoribus denegantur. *l. 196. ff.*
de R. §. v. g. est exceptio, quod quis ultra posse non sit con-
demnandus §. 36. §. de act. l. 20. ff. de re judic. Except. metus do-
li &c. quibus de infra. In rem seu reales exceptiones sunt,
 quæ ex ipsa repetita veniunt, ut except. rei judicatæ, Jurisju-
 randi, transactionis &c. Et hæc & fidejussoribus & successo-
 ribus rectè accommodari possunt.

TH. XVII.

Porro ab effectu vel Dilatoriæ sunt, vel Peremptoriæ,
 seu quod idem temporales & perpetuæ; Illæ actionem ad
 tempus suspendunt, quia ad certum obstant tempus, quo ela-
 pso totum amplius non habent §. *10. §. b. Hæc verò totius nego-*
tii cognitionem tollunt §. 9. §. de exc. l. 2. C. de prec. Imp. offer.
quia agentibus semper obstant. d. §. 9. vid. §. 8. §. h. t. l. 2. §. fin.
l. 3. ff. eod. l. pen. C. de exc. l. 7. eod. de his per emptoriis verum
est, quod l. 112. ff. de R. §. dicitur: Nihil inter est (effectute-
nus) ipso jure quis actionem non habet, an per exceptionem
infirmetur. V. Jacob. Godofr. ad d. l. p. 486. Excell. D. Struv. d.
Exercit. §. 5. Mixtas nullo modo agnosco, cum quas tales
Dd. fingunt, ad illas duas species referri possint. Vid. Colerus
ad c. 6. X. de exc. n. 40.

TH. XVIII.

Dilatoriæ seu temporales, quæ vel pertinent ad judi-
 cium, vel causam in judicium deductam, considerari possunt.
 Judicium seu ejus procesum, quæ respiciunt, concernunt ite-
 rum vel ejus extrinseca, ut sunt exc. loci non ruti, aut tempo-
 ris angusti, it. feriarum. *Excell. D. Struv. d. l.* Vel ejus intrin-
 seca, personas scilicet id constituentes, Judicem nim. respectu cu-
 jus judicium vel prorsus declinant, vel saltim differunt, utpo-
 tèt quæ sunt de extrinsecis judicii circumstantiis. Quæ verò
 declinant judicium, sunt exceptio fori declinatoria seu incom-
 petentis *l. p. n. Sult. C. de judic.* Exceptio Præventionis, except.
 Recusationis judicis. Quibus de commodiùs, primitus, qui-
 bus Reus modis forum sortiatur, si scimus agere poterimus.

Et

Et quamvis multum intersit scire, ubi quis forum sortiatur, placet nihilominus quam brevissimis; rei hujus mentionem facere. Hoc autem quatuor præcipue fit ex causis, *Domicilii* scilicet *contractus, delicti & rei* qua de agitur. De privilegiatis aliisque minus principalioribus *Vid. Zang. c. 1. part. 2. n. 389. & seqq.*

TH. XIX.

Domicilium in loco originis, seu Domicilii Patris habere quem præsumitur l. 3. C. de municip. & origin. l. 6. in pr. & §. f. l. 17. §. 11. ff. ad municip. l. 26. ff. de capt. & postl. revers. Quæmadmodum autem non solus fundi ingressus, ad retinendam possessionem sufficit, sed animus insuper & voluntas desideratur §. idem placet Inst. per quas pers. cuiq; ac qui. Ita ex sola Domus inhabitatione aliarumve rerum, immobilium scilicet in aliena Civitate aut regione seu territorio comparatarum & acquiritarum possessione, Domicilium non probatur, nec constituitur d. l. 17. §. 13. ff. ad municip. Sed ex animo & voluntate alicubi Domicilium habendi l. 4. C. de Divers. offic. & appar. Jud. l. 5. ff. de captiv. & postl. revers. ex quibus patet Domicilium aliud esse naturale, quod tam ex propria quam Patris persona acquiritur l. 7. C. de incolis; aliud verò accidentale, quod ex assumptione comparatur V. Dominus Carpz. P. 2. Decis. 1. à n. 7. Quibus verò modis Jus Civitatis seu municipii quis consequatur, habet Excell. D. Struv. Exercit. ult. §. 49. & seqq. De reliquis contracti Domicilii conjecturis Vid. Zang. c. 1. part. 2.

TH. XX.

Ratione loci in quo Reus contraxit, ac ibi invenitur per clara verba l. 19. ff. de judic. l. 1. ff. de eo quod cert. loc. l. 22. ff. si certum petatur. obnoxius fit jurisdictioni etiam si Clericus sit. Non Obst. c. si diligenti 12. de for. compet. Nam Pontificem abuti ratione l. 38. ff. de pact. autor est Jacobus Cujac. ad hanc legem Zang. d. l. c. 1. part. 2. n. 108. Contractum autem accipimus omnem, ita ut non tantum accipiatur pro eo, qui ultro citroque obligationem producit, quales emtio, venditio, locatio, societas sunt &c. d. l. 19. §. 1. & 2. ff. de V. S. Sed etiam pro



Contractu quasi, quoties quis alicui aliqua ex causa obligatur. *Bocer. ad leg. contractus ff. de R. J. c. 1. n. 4.* & eam quoque; vox hic loci complectitur obligationem, quæ ex delicto privato venit. *l. 1. l. 4. ff. de Oblig. & act.* Locus verò contractus intelligitur, in quo, ut quis solveret, se obligavit, licet alibi contractus sit celebratus *l. 21. ff. de O. & A. l. 19. §. f. ff. de judic. V. Zang. d. l. n. 140. & seqq.* Quod si de loco expressim non convenit, locus contractus erit, ubi negotium gestum est, *d. l. 19. §. 1.*

TH. XXI.

Ratione delicti, quod publicum est sortitur quis forum 1. ubi illud est commissum *per l. 3. ff. de offic. Præsid. l. 7. §. pen. & l. f. ff. de accus. l. 1. & Auth. qui provincia C. ubi de Crimine ag. oportet. Nov. 69. c. 1. l. 1. C. ubi Senat. & Clar. (excepto crimine locæ Majestatis l. 7. C. ad L. jul. Majestat. vid. l. fin. C. ubi Senat. & Clar. it. c. 4. X. de judic. quod solum Imperatorem Judicem habet, adde dd. txx. l. un. C. si quis Imp. maledix. Ordin. Camer. p. 2. T. 2. §. ais nemlich für das Erste) 2. ubi est inchoatum *d. l. 1. C. ubi de Crim.* famosissima quæstio est, quis scil. locus delicti commissi dicatur, an is in quo est inchoatum, an in quo consummatum; ut Cajus in territorio Titii, expedit Slopetum ac eo in Sempronii Territorio Mævium occidit. Puto esse Wesenbécio *ad d. tit. C. subscribendum*, sortiri forum Cajum & ubi delictum inchoavit, & ubi consummavit, & *Colleg. Argentorat. Tit. de judiciis §. 232.* poterit tamen alter judicium, alterum in Processu formando prævenire, ac præveniens solus puniendi facultatem habebit.*

TH. XXII.

Si quis verò in confinibus duorum Territoriorum deliquit, uterque Dominus contra delinquentem rectè procedit, cum in utriusque Territorio deliquisse quis videatur, maxime si cadaver amborum tangat territorium & sanguine signet, aliàs cum *Magnif. Carpz. P. 3. Q. 110. n. 36.* quæstionem hanc judicis arbitrio committerem, adde *Wurmser. Exercit. 3. ad Jus Publ. in Corollar.*

TH. XXIII.

Si de Re controversia sit, forum quis sortitur ubi res est
v sita

1353.

lita l.38. ff. de judic. l.1. C. ubi in rem actio, id quod & in Clericis
verum est c.3. & 5. X. de foro compet. Duplici autem modo
ratione ipsius rei agitur, vel ad proprietatem, vel ad possessio-
nem consequendam. Quod attinet iudicium petitorium,
Imperatores in l. fin. C. ubi in rem actio, expresse jubent, acto-
rem rei forum sive in rem, sive in personam sit actio sequi de-
bere. De possessorio textus satis perspicuus praestò est in l. unic.
C. ubi de poss. ag. oport. ubi bene Wesenb. Forum competens
propter delictum ibi est, ubi vis facta est: propter rem, ubi
possessio instituenda est; hinc generale admittitur axioma: ibi
ibi de possessione vel quisi agi potest, res ubi constituta est;
nec nocet, quod ille, qui vim fecit, in loco domicilii conve-
niendus sit. Quidam Resp. etsi interdicta sint personalia in
rem tamen scripta sunt l. fin. ff. de interd. consule & Colleg. Ar-
gent. w. de judic. §. 248.

TH. XXIV.

Famosam supra reliquimus distinctionem, cujus nunc
explicatio tangenda venit. Quod verò exceptiones judi-
cium prorsus declinantes concernit, primo se sistit loco, exc.
incompetentiæ, quæ datur I. respectu iudicis, qui, ut ut alias
sit omni exceptione major, dum in præsentis causa iudicium
non habet, judicare nequit: Deinde alia est exceptio contra
iudicem, quæ dicitur recusatoria: scil. competens quidem ju-
dex est, sed exceptione laborat. Nec inter est sive sit ordina-
rius l.9. ff. de liberali caus. l.2. C. de pedaneis iudicibus: Vel dele-
gatus, ut si non producat mandatum l.1. C. de mand. Princip.
aut mandatum sit revocatum l.58. de judic. aut si intra præscri-
ptum tempus delegatio non fuerit expedita c. de causis 4. de
offic. & pot. judic. de leg. II. Respectu rei conventi, quo de mo-
dò diximus: Vid. l.19. §. f. ff. de judic. l.1. C. ubi de crim. agi potest
& deniq; c. fin. de for. compet. III. Respectu ipsius causæ, in-
competentiæ exceptio datur, si iudex supra suam iudicet juris-
dictionem l. f. de jurisd. Cum verò in præcedentibus explicavi
fori competentiam, facili negotio ejus incompetentiam per-
spicere possumus, contrariorum enim cognitio uno, facile
cognoscitur & alterum per l.57. in f. ff. manum. vindicta.

TH. XXV.



Observatione autem dignum est, exceptionem hanc, ut ceteras Dilatorias, primo statim in termino objiciendam esse, & probandam. *Dn. Carpz. tit. 9. art. 2. §. 1. n. 2. §. 26.* neq; in scriptis eandem allegari sufficit, cum super ea statim sit pronuntiandum, nisi notoria sit. Notoria enim ulteriori non indigent probatione, nec in iisdem juris ordo observatur. *cap. ad nostram X. de jurejur. add. Carpz. d. l. n. 9. §. 10.* Quo fit, ut Principum de non appellando Privilegia, Camerae Imperiali semel insinuata (de qua necessaria insinuatione *vid. Recesf. Imperii de Anno 1570. §. Wir sehen ordnen/ und wollen auch: & Reinking. de Regim. lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 49.*) & ob id notoria, ad declinandam provocationem, ad Cameraam intentatam in scriptis saltem allegari sufficiat. *Arum. in disc. 5. ad A. B. conclus. 16.* Oretenus ergo extra hunc casum dicta exceptio proferenda *per. l. 5. ff. de judic. ibi praetoris est aestimare an sua jurisdictio; re- etè verò V. Wesenb. x. si quis in jus vocat n. 1. in f. de casu dubio accipit si verò res manifesta sit, judicem incompetentem esse, tñ citati ad comparandum non coarctantur: quorsum spectant verba Lancellotti in suis Instit. Juris Canonici L. 3. T. 5. fit tamen interdum ibiq; lit. d. p. 621. bona notata: Ceterum, ut de privilegiatis & Exemptis à Jurisdictione Cameraali iterum dicam, citati Camerae auctoritatem non contemnere valent, sed venire debent ad privilegia alleganda, nisi velint expensarum restitutionem sentire:*

TH. XXVI.

Quæ judicium porrò declinat, est exceptio Præventionis, cui tum locus relinquitur, quando Reus, pluribus qvi in locis, ob unam eandemq; causam sortitur forum, ad unum judicem legitimè citatus ad alium postea vocatur, proinde illa est occupatio jurisdictionis alterius judicis. Hinc non nuda supplicatio, vel libellus Principi dependenti oblatus, nec ejusdem Rescriptum præventionem producit, cum hoc ipsum *l. i. C. quand. libell. de summo Principe consignatum sit. Dn. Carpz. d. l. art. 3. n. 21. 39.* Ejusdem effectus est, ut Reo ab instantia judicii

abso-

1355.

absoluto, actor ratione litis pendente ad priorem iudicem, quasi prævencus remittatur. *Zang. c. 3. n. 3.* Ubi enim iudicium coeptum est, ibi finiri debet. *l. 30. ff. judic.* Nam inter duos jus æquale habentes, melior semper est conditio prævencientis *arg. l. 7. & l. 30. ff. de judic. l. 5. inf. C. qui accus. non poss.* atq; verum licet quis per unius horæ, quin, imò unius momenti spacium prævencus fuerint. *Glos. in c. duob. vers. si non appareat X. de rescripto in sexto. add. Dn. Carpz. d. l. n. 18.* Et hoc est quod vulgò dicitur primo occupanti locum esse concedendum *cap. 5. crucis X. de rescript.*

TH. XXVII.

Quod verò diximus de nuda X. Principi dependenti oblatâ supplicatione, hoc non procedit in Cæsareâ Majestatis exhibito supplice libello, facit enim talis libellus prævencionem & litis pendentiam, quia operatur litis contestationem, per quam in iudicio quasi contrahitur *l. 3. §. ii. de pecul.* Estq; hoc speciale jus Cæsareâ Majestatis, dummodo supplicatio fuerit insinuata. *l. 1. C. quando libell. Principi datus faciat litis contest.* Quod enim de Cæsarea Majestate, asserimus, id & in Camera Spirensi locum habere statuimus, quia Eadem Imperatorem & Status Imperii repræsented. Horum vice iudicat. *Ordin. Cam. part. 1. F. 12. §. und solche & tit. 27. §. und soll der Vorwalter Dn. Carpz. d. l. n. 28. Colleg. Argentor. Tit. de except. Exceptione 77. p. 168.*

TH. XXVIII.

Duo ergò requiruntur, ut hæc Exceptio Prævencionis subsistat. 1. ut reus unius, ejusdemq; rei causa, plures habeat iudices, 2. ut legitimè ab uno sit citatus. *c. 1. X. de for. compet.* Illegitima enim citatio nullum producit effectum, nec constituit aliquem in mora, nec perpetuat jurisdictionem *Zang. d. l. n. 15.* Rectè hinc laudatus modo *Carpz. n. 43.* inquit, Unicum verè esse modum, hanc qui gignit exceptiouem, legitimam, nem. citationem. Quid verò sentiendum, si iudicum concursus præstò sit & quis à singulis iudicibus ad domum citatus sit, ita ut constare nequeat, quæ nã citatio prior ad ejus notitiam pervenerit? ad hoc decidendum, dist. cum *Zang. d. l. n. 26.* quod si inferior

C



1396

interior concurrentem habebat jurisdictionem, cum superiore sibi ab eodem cumulativè concessam, nullam inferior habet causam, cur superiori causam cedere nollit, cum cumulatione illà superior retinuerit sibi jurisdictionem eandem & majorem. Quod si jurisdictione sint pares, vel inferiori cumulativè Jurisdictione nō sit concessa, liberum ipsis an sibi invicem causā deferre velint: Si verò in eo disenserint, sorte litigium componendum est. *arg. l. 14. ff. de judiciis*, nec litigantium erit eligere, quem velint judicem habere, cum hic potissimum & Judicum præ judicio agatur, quorum interest, ut eorum defendatur Jurisdictione *c. 14. X. de for. compet. l. 7. ff. de judic.* Nec Obstat, quod Reo plures judices habente, actori detur electio *l. 19. §. ult. l. sed et si suscipit §. 3. ff. de judic. l. 25. pr. C. de Episc. & Cleric.* hoc enim verum est, re adhuc integra non verò si citatio jamjam secuta.

TH. XXIX.

Citatio porrò per contumaciam utriusq; litigantis circumducta annullatur *l. properandum §. 1. C. de judic. l. & post editum §. 2. ff. eod.* ac consequenter præventioni locus esse nequit. Secus verò se res habet, si una saltem pars contumax extiterit, sicq; nihilominus effectus hujus exc. per citationem representatur non solū propter autoritatem sententiæ seu rei judicatur, quā Reo injuncta fuit responsio, cui præcisè standum, nec retractare eam licet *l. 207. ff. de R. J. l. 7. §. 1. ff. de compensat.* Sed et iā quod citatio jam peperit effectum contumaciæ, tantū abest, ut annullata dici queat. Idem statuendum erit, si actor emanet, nec puto cum Zangero transeundum esse, qui Tr. de except. P. 2. c. 13. n. 12. credit, quod per contumaciam actoris litis pendentia, non inducatur, cum citatio in suo per maneat vigore *l. 7. ff. de judic. vid. Dn. Carpz. in Procesf. T. 9. Art. 3. n. 58.*

TH. XXX.

Deniq; nec silentio prætereundum, quod & à Commissariis citatio emissa, litis pendentiam pariat ac Exc. præventionis, judicio ordinario rectè opponatur; Durante enim Commissione Jurisdictione judicis Ordinarii suspensa censetur per optimum *ix. in c. 22. verb. propter quod & c. X. de rescript.*
acur.

ac ur
actor
tende
nem
fitas.
se pra
si hor
vel Ca
tur, e
ni se f
sam,
Ex ad
tionis
sum a
sione
ctand
Carpz

Zang.
cione
for. co
tiali X
Proc.
Prince
recusa
reus h
lare au
§. 4. D
cione
spicio
tes sur
nitia.
prohi



ac urgeo universalitatem l.7. §. 1.30. ff. de judic. nec ferendus actor, ut desultoria levitate semel aditum judicem, qui emitendo citationem, in sinuando suam roboravit Jurisdictionem, labore & sumptu fatigat reum, imò coërcenda hæc perversitas. Ex quo patet Ordinarium Judicem qveri non posse, si se præterito, aliis delegatio facta fuerit. Limitatur verò hoc, si homines fortè malitiosi existant, qui vel ex pravo affectu, vel Causidicorum petulantia, Commissionis remedio abutuntur, efflagitantes illud, saltim quo post litem finitam executioni se subtrahant, vel novis technis partem implicent adversam, & Processum Ordinarium jam institutum removentur. Ex adverso & Commisariis opponi potest exceptio præventionis, cum de Principe non præsumatur, quod Jus per processum adhibitum auferre velit, cujus intentio certè illâ Commissione fuit, ut utraq; parte consentiente, Commissio protrahendâ compositione suscipiatur l.2. §. 16. ff. nequid. in loc. publ. Carpz. in Process. T.9. Art. 3. n.74. §. n.86.

TH. XXXI.

Tertia-judicii declinatoria suspecti Judicis exceptio est. Zang. d.l. quilibet enim Judex etiam ordinarius propter suspicionem removeri potest. l.12. C. de Judic. Nov. 53. §. 1. c. 4. X. de for. compet. hancq; sententiam vocant canonizatam c. cum Speciali X. de appell. V. Oldend. Clasf 7. Act. 1. p. 1069. Umm. Disp. 1. ad Proc. Th. 9. n. 52. Dn. Carpz. in Proc. T.2. Art. 4. n. 82. Si verò Princeps Commisarium dando addiderit clausulam remota recusatione, ille recusari non potest, nec ansam qverulandi reus habet, cum si fortè iniqua feratur sententia, ab eâ appellare aut alio remedio suspensivo aut devolutivo uti posset l. 1. §. 4. D. à quib. appell. non licet. de levi verò non de gravi suspicionem hoc accipiendum. Zang. d. l. c. 4. n. 12. Ceterum de suspicionum causis vid. Zang. par. 2. c. 4. n. 20. Quarum Prægnantes sunt inimicitia capitalis, Consanguinitas, amicitia, impenitentia. Marant. part. 6. n. 67.

TH. XXXII.

Omnes autem Judices dari possunt, qui Jure non sunt prohibiti. Prohibentur autem quidam vel natura, vel lege, vel



vel moribus l. 12. §. 2. ff. de judic. l. 39. & l. 46. ff. eod. Natura sur-
dus, mutus, perpetuo furiosus impubes d. l. 12. & l. cum furio-
sus ff. de judic. quia hi animi, illi corporis vitio impediti, munus
judicandi obire nequeunt. De cæco aliud dicendum l. 6 ff.
de judic. sicq; Dd. sentiunt, quod possit antiquam dignitatem,
superveniente cæcitate retinere, novam autem non adipisci
l. 1. §. quamvis ff. de postul. Removetur, quoq; à judicandi pro-
vincia minor 18. annis l. 57. ff. de re judic. qui, uti rectè am-
pliat Umm. d. Diss. 1. ad Proces. 1. th. 8. 46. neq; ex consensu li-
tigantium, nec ex Decreto Principis, nisi fortè ipsum dispen-
sare voluisse constiterit judex fieri potest, rationem quæ re-
in l. 1. §. 3. ff. de postul. Juris imperitum cum Clar. Schnobele
Diss. 5. ad π. quam nuper cum Jenæ studiis invigilabam publi-
citus defendi, non indistinctè arcerem ob Nov. 82. pr. cum
possit causarum experimentum habere. V. Bronch. Centur. 1.
Asfert. 64.

TH. XXXIII.

Porro lege removetur, qui senatu motus est d. l. 12. §. 2.
& infam. l. 2. C. de dign. Nisi à Principe ex certa scientiâ datus
sit judex. Principis enim scientiâ, vim specificæ dispensatio-
nis habet, omnemq; personæ defectum supplet. Zang. d. l. n. 53.
Moribus, ut foeminae d. l. 12. l. 2. ff. de R. J. Discriminavit Jus
Rom. foeminas à Viris olim in successione, dignitate, officiis
& communi conversatione vitæ & publicis muneribus: nulla
enim unquam atas vidit foeminam, Equitem, autem Senato-
rem esse, nisi quod teste Lampridio, Heliogabalus matrem
in senatu sententiam rogare jusit. Rationes verò remotio-
nis hujus sunt, tum lubricitas & inconstantia judicii muliebri-
tatis, quod honesto non sit consentaneum, ut viris misceatur
& judiciis assideat. Nisi aliud consuetudo ferat aut foeminae
data sit Jurisdictio. Utrum & Consilium vel Senatus tanquam
suspectus recusari possit? quod ad θ. 30. spectare poterat,
communis Dd. quæ & usu observatur, sententia est negativa.
Bald. lib. 1. C. si rector provinciae, Mascard. in tract. de probat. V. 2.
conclus. 952. Gail. lib. 1. observ. 33. Nî omnes essent suspecti, aut
major pars, aut etiam unus magnæ autoritatis, cui alii con-
tradicerent non audent. Bald. d. lib. 1. c. 1. n. 72. de judic.

TH. XXXIV.



TH. XXXIV.

1359.

Solent quoq; Dd. iudicii declinatoriam laudationis seu denunciationis exceptionem constituere, qua conventus actione potest autorem suum, qui ipsi de evictione obligatus est laudare, quod est nominare & petere, ut ei lis denunciatur & ad locum iudicii vocetur ad reum defendendum *l. 28. C. de evict. l. 1. & 2. C. ubi in rem act.* Hujus exceptionis formula hæc potest esse. Salva protestatione & reservatione erscheinet beklagter Zufolge aufgelaßener citation citra animum litem contestandi, sagend / daß er das quastionirte Haus / durch rechte beständiger Kauff von N. N. an sich gebracht und Verkäufer ihm eviction verschrieben so thut B. klager seinem Verkäufer N. N. litem denunciiren rechtlich bittend N. N. nechst überschickung hinc inde ergangenen Acten den Krieg Rechtens anzukündigen / und lebet denunciant des rechtlichen Vertrauens denunciat sey im rechten ihn zuverretten schuldig. De denunciationis formalibus, fine & effectu consule *Ummium in Diss. II. ad Proc. §. 8.*

TH. XXXV.

Alter a nunc sequitur Dilatoriæ exceptionum acceptio, quæ scilicet de extrinsecis iudicii circumstantiis sunt v. c. exc. termini angusti, Loci non tuti, & feriarum *Zang. p. 2. c. 5. 6. 7. Excell. D. Struv. d. Exerc. §. 5. inf.* Fundata autem est exc. termini angusti in *Auth. offeratur C. de litis contest.* Tempus autem, quod reo in Jus vocato concedendum, congruum esse debet, de eo in causis Civ. *Vid. l. 69. l. 68. & l. 5. tertium ff. de iudic.* In Criminalibus *V. l. inter ff. de iudic.* post oblatum libellum, pro induciis deliberatoriis 20. dierum spatium *d. Auth. offeratur*, statutum est. Ad actionem prosequendam reo postulante, tribus Edictis peremptoriis citandus est cunctans, ut intra præfinitum tempus litem finiat. *Auth. qui semel. C. quomodo & quando. jud. Nov. 112. c. 3. §. 2.* ad probationes verò petendas prout vel cominus vel eminus probaturus habitat, quæ res iudici pro circumstantiarum qualitate arbitranda est, 3. 6. vel 9. menses *l. 1. C. de dilat.* datæ sunt pro temporis & locorum distantia & conditione, it. causæ gravitate ex æquo terminum vel contrahere vel extendere potest idem.

C 3,

TH. XXXVI.

XIV.



Loci non tuti exceptio, quâ reus in jus vocatus coram Ju-
dice comparere recusat, quia sine periculo vitæ, corporis aut
bonorum subeundo, judicii locum adire nequit. *Vid. l. 3. ff.*
qvib. ca. maj. quod & de Advocato & testibus verum est, cum
omnibus locus judicii tutus esse debet *c. 47. X. de appell.* Ap-
pellatur autem locus non tutus propter bellum, inimicos pri-
vatos, incarcerationem, torturam &c. *l. 3. ff. ex qvib. ca. maj.*
& propter loci pestilitatem addo si in locis, per quos reus ne-
cessario transire cogitur, ut veniat ad locum judicii aliquid de
illis impedimentis timet. *c. 4. X. ut lit. contest.* Debet autem
salvum citatus petere conductum, quem fidentiam, einem ge-
leid vocant, ut Judicii locus mutetur, vel differatur. Hujus
exceptionis formulam in Camera Imperiali sic posse proponi:
Practici ostendunt. P. P. Demnach zurecht wohlgeordnet/
daß keiner am solchen Ort/ da er in Sorgen und Gefahr
stehen oder nicht sicher hinkommen/ noch freyen zu und Ab-
gang haben kan/ ob er gleich dahin peremptoriè citiret wür-
de zu erscheinen schuldig/ und unverborgen daß N. N. Anhe-
ro zukommen keine sichere Strasse/ wandel noch Wege ha-
be/ daher die beschehene Ladung zu vor an ihr selbst krafft-
loß ist / zum Überfluß aber hat N. N. einen Excusatorem
besage Vollmacht constituiret / welcher bittet vermöge
Heil. Reichs Ordn. zu Wormbs de Anno 521. zuerkennen/
daß N. N. mit eingebrachter exception Loci non tuti bil-
lig gehöret/ und entschuldiget sey. Sicq; Judex huic exceptio-
ni non detulerit, liberè appellari potest *d. c. 47. X. de appell.* Huc
trahe exc. loci in honesti, ut est lupanarium *l. 21. §. 11. ff. de re-
cept. qvi arbitr.* de qua paucis Dd. tractant fortè; quod nemo
judicum adeò suæ autoritatis obliviscetur, ut in locum in ho-
nestum citare vellet.

Feriarum Exc. quod attinet habemus *t. t. ff. & C. de fer.*
Feriæ autem vel publicæ sunt, vel privatæ alicujus familiæ &
collegii.

collegii. Illarum usus prodest citato, quippe cum die feriato nihil, quod tumultum judicarium excitat, peragendum. *Perez. ad tit. C. de fer. add. Clar. D. Beijer in Disp. Jena de feriis notissimè habitâ.* Privatæ sunt quæ in utilitatem hominum sunt inductæ, ut feriæ messium l. 5. § 7. C. & feriis, hæc autem exceptio & iis datur, qui in messibus non sunt occupati, licet enim litigantes non operentur, possunt tamen eorum Advocati procuratores aut alii quorum ope utuntur occupati esse l. ff. de fer. ibiq; *Wesenb. n. 7. V. Carpz. P. 1. Const. 3. def. 22. n. 6.* Refer huc Exc. impedimenti, quando reus justis ex causis, quæ tamen probandæ, comparere non potuit, judiciq; id indicavit. Justæ sunt causæ, Consulatus, Sacerdotium, Nuptiæ &c. l. 23. § 4 ff. de in jus voc. l. 22. eod. l. 5. § 1. ff. quibus ex causis. *Vid. Nov. 115. c. 5. §. meminimus l. f. C. de jur. de liber. l. 2. §. si quis, §. f. ff. si quis caat. l. 53. § 7. l. 60. ff. de re judic. 1. 9. ff. ex quibus ca. maj. quo brevitas causa me remitto* Hujus Except. formula talis forte esse potest. P. P. *Beflagter were in termino gem erschienen / wann ihn die grosse Wasser-Pluth und Ergiessung der Elbe notoriè daran nicht behindert / wird deshalb pro contumace nicht zu halten / sondern ob except. notorii impedimenti billig zu entschuldigen seyn &c.*

TH. XXXVIII.

De Exceptionibus Judicium differentibus hætenus, de iis nunc ipsos quæ litigatores concernunt agendum est. Hæ verò vel ex principalibus, vel ex accessoriis desumuntur personis. Principales dicuntur, ad quas reverà causa & negotium pertinet, quanquam & procurator litis Dominus vocetur, id tamen non nisi intuitu Præcessus verum est, & cum hic agatur de dilatoriis, quæ regulariter ante litem contestatam proponuntur, minus commodè procurator hic refertur, quippè qui per litem demum contestationem Dominus salutatur. *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. §. 3. lit. A.* Tractabo autem de quibusdam litem differentibus Exceptionibus.

TH. XXXIV.

Prima est exc. Legitimationis, quæ ad actorem & reum spectat,

n Ju-
aut
3. ff.
cum
Ap-
pri-
maj.
ne-
d de
tem
ge-
jus
oni:
ret/
sh
Ab
ür
hes
ha-
ffe
em
ge
n/
ils
o-
ue
e-
no
o-
r.
&
ii.



1362.

• spectat, nam in omni iudicio licet summario, personæ antè omnia se legitimare tenentur, aded ut si hoc facere neglexerint, prorsus reddatur nullus. Hinc pupilli & minores absq; tutorum curatorum autoritate ab agendo & excipiendo excluduntur *l. 1. § 2. C. qui leg. pers. stand.* Item Excommunicatus *c. 12. X. de Except.* Filiusfam. in rebus in quibus Patri ususfr. & actionum & Jurium exercitium competit. *l. 9. ff. de O. & A. it. Sordus l. 1. § 3. ff. de postul. it. Bannitus, deportatus. l. 17. § 1. ff. de pæn. Infamis l. 15. ff. de publ. judic.* Secunda exc. non impetrata veniæ, quæ est, quæ reus, quod in Jus nisi venia prius impetrata vocari non possit, se defendit *t. t. ff. & C. de in Jus voc.* nec Discipulos Præceptorem non illum qui leviter, operam mercenariam locat, sed eum qui cum parentibus æquali Jure colendus est, sine venia in Jus vocare posse ob *l. 13. ff. de in Jus voc.* Statuo cum *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 4. th. 6. Lit. C.* Et Tertia exc. Contumaciæ; quæ quamvis tam actorem quam reum spectet in reum tamen magis & frequenter incidit. Ab actore eadem commissa, efficit ut reus ab observatione iudicii & instantiâ absolvatur *l. 13. § 2. C. de judic.* & si denuò velit actor ad agendum redire, reus non cogitur illi respondere, nisi prioris termini facti sumptus refusi fuerint, cum cautione de lite prosequenda *Gail. 1. offer. 59.*

TH. XL.

Tribus autem temporibus contingere potest, ut actor tergiversetur, 1. in ipso citationis termino: 2. post citationis terminum, tamen antè litis contestationem & 3. lite jam contestata. Quæ singula diversos producant effectus. Si in citationis termino actor se non sistat, reus liberatur ab instantiâ & ipse actor ad viatica, litisq; sumptus reddendos reo condemnatur *l. 79. pr. ff. de judic. l. 4. C. de fruct. & lit. expens.* Si post citationis terminum ante litis tamen contestationem abesse cœperit; reum penes est, vel à loco iudicii discedere (ita scilicet ut refusi expensis citatio cassetur) vel postulare, ut in contumaciam actoris procedatur juxta formam *Auth. qui semel C. quomodo & quando Judex.* Sin lite jam contestata eandem deserit actor; iudex constituet sicut in *l. 13. § 2. C. de judic.* sancitum ac constitutum est.

XLI.



13 B.
2001

TH. XLI.

Quæ exceptiones alieno nomine à personis intervenien-
tium petuntur, generali nomine appellantur procuratoriz.
Bach. ad Treutl. V. 2. D. 26. th. 3. lit. d. & seqq. Oriuntur autem
vel ex defectu mandati, quod de substantialibus iudicii institu-
tiali alieno nomine est. *Bald. in l. 12. de procur. n. 4.* vel licet man-
datum præstò sit, insufficientis tamen aut nullum sit, *l. alienam*
C. de procur. quia suis essentialibus & formalibus destituitur.
Neq; sufficit allegare mandatum, verum insuper probari debet
l. 23. C. de probat. Hujus rei effectus est, quod si reus omisa hæc
exceptione, litem simpliciter contestatus sit cum eo, alterius
qui nomine agit, ejus personam approbasse videatur *l. 40. §. 3.*
ff. de procur. Vel ex persona procuratoris, ut licet habeat ple-
nissimum mandatum, sit tamen miles aut mulier *§. fin. J. de exc.*
ubi verba ultima ferè de eo procuratore intelligi oportet, de
cujus infamia nondum constat.

TH. XLII.

De Exceptionibus Judicium respicientibus usq; huc, se-
quuntur jam Exc. tam Procesum, quam causam & actionem
Spectantes, quarum prima esse potest, Exc. Gvarandæ idioma-
te nostro *der Gewehr à Gverra* quæ litem significat dicta. *Carpz.*
d. l. tit. 9. art. 4. §. 1. Non autem nudis verbis, sed realiter ab A-
ctore est præstanda & in actis consignanda. *Constit. elect 2. par. 1. ibi*
Die Gewehr soll würcklichen actu corporali, angelobet wer-
den/ und soll nicht gnugsam seyn/ dieselbe in actis würckli-
chen anzugeloben. Uti hoc repetitur in *Ordinat. proc. ju-*
dic. lib. 12. vers. So soll ein ieder Kläger &c. add. Dn. Carpz.
d. l. n. 10. Cujus formula sententionandi hæc: **Würde.**
Kläger die gesonnene Gewehr der Klage würcklichen ange-
loben; Immassen ihn zu thun obliegt/ so ist Beklagter auff
erhobene Klage sich einzulassen / und den Krieg rechtens zu
beseftigen / auch weil er solches ichto in eventum nicht gethan /
die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermessigung
Klägern zu erstatten schuldig. Cessat autem hæc except. in
D Proces-

1367

Processu executivo, nisi actor spontè ad præstationem Guaranda se offerat; item in actione seu provocatione ex *L. diffamari C. de ingen. manum* vid. *Carpz. d.l. n. 41. 46.* cum diffamatus in diffamatorio hoc iudicio partes rei sustinet, cum ad agendum provocet. *Dn. Carpz. par. 1. Const. 4. defn. 10.* dum non tantum à *Dn. Carpz. dd. loc. sedet Matth. Colero ad c. 2. & c. dilecti X. de exc. n. 17. p. m. 24.* traditur, huic exceptioni in Processu executivo locum nullum patere, dubitari poterat, quod *Coler.* tradat, quod Guaranda effectum evictionis habeat ac sit re promissio defensionis rei contra alios actores, qui ipsi fortasse super una eademq; causa litem movere poterant: quæ ratio cum etiam in causa executivè intentata locum inveniat, in Processu quoq; executivo hæc, exceptio opponi poterit; de qua tamen consulendi erunt Practici.

TH. XLIII.

Præcedenti affinis valde except. satisfactionis seu Cautio nis, dum actor in loco iudicii immobilia non possidet, aut in territorio Principis *l. 1. ff. de satisd. l. 1. §. Sciendum, ff. de stipulat. prator. l. 12. in pr. ff. rem rat. haber.* quæ ad postulatum rei, meritò actori ad reconveniendum & expensas, si reus absolva tur, iungitur *l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog.* Præstatur autem hæc satisfactio vel per datos fidejussores, undè fidejussoria dicitur, *l. 1. ff. eod.* Vel per pignora, hinc pignoratitia, quæ tutior, plus enim cautionis in re quam in persona *l. 25. de R. J.* ad hoc verò ut pignora actor constituat, cogi non potest *l. 1. §. 2. ff. in jus voc. ut eant l. 2. §. 8. ff. qui satisd. coguntur.* Deniq; Juramenti fides deficientibus fidejussoribus & pignoribus, interdum sufficit, quæ cautio juratoria audit. *Nov. 134. c. 9. vid. Dn. Carpz. d. l. art. 5.*

TH. XLIV.

Exceptio præjudicialis est, si reus dicat fieri præjudicium per actionem ab adversario institutam, quæstioni principaliori *l. 16. & 18. de exc.* Quod sic accipe, si & majoris & minoris quæstionis actio inter easdem personas instituat. Si enim experiatur tertius, præjudicii obiectio, obicientem effectu frustrabitur *l. f. §. 1. ff. de pet. her. l. 18. ff. h. t. l. 1. §. 1. fam. ercisc. l. f. C. de Ordin. judic. Vid. Zang. de exc. P. 2. cap. 10. n. 6. & seqq.*

TH. XLV.



1365.
 TH. XLV.

Illam excipiat Exceptio litis pendente, qua reus iudicium in illa causa quam actor coram alio iudice competente, iam ante per citationem cum causae insertionem & insinuatam movit, declinat, & ipsum actorem eò, ubi iudicium semel inceptum remitti petit, propter iudicium ex necessitate susceptum, vel capturam alicuius de fuga suspecti aut sequestrationem bonorum litis pendente non inducitur. *Zang. par. 2. c. 13. in fin. Coler. de process. execut. P. 4. c. 1. n. 32. cum seq.* Pertinet huc exceptio Sequestri, si quis rem legitime sequestratam, ante litem decisam & rem iudicatam repetierit, quod fieri non debet l. 7. §. 2. ff. *qui satisd.* itemq; Except. continentiae causarum non dividenda c. pen. X. de in integr. restit. l. 13. C. de R. V. & optimus tx. est in l. 10. C. de iudic. contingit verò hoc aut ratione subiecti, dum pro unâ re diversae actiones competunt, aut ratione generalitatis actionum uti sunt tutela, negot. gestorum, nec enim hic unus articulus coram hoc, alius verò coram alio iudice proponendus est l. 1. §. 2. ff. de quib. rebus ad eundem iudicem satur.

TH. XLVI.

Libelli obscuri Exc. processum praecipue spectans, est, si quis fundum in genere, omisso nomine fundi & loco vindicet. c. 2. X. de libell. oblat. Actor tamen obscura & ambigua etiam post litem contestatam, explicare & declarare potest, in Civibus scil. & ordinariis causis l. 5. §. f. ff. de R. V. l. 172. §. f. ff. de R. J. l. 66. ff. de iudic. In Criminalibus atq; summariis longè aliter res se habet, ibi enim libellus generalis & obscurus, nullus planè est. arg. l. 3. ff. de accusat. Sunt quoq; casus in quibus etiam generalis libellus admittitur; ut in iudiciis universalibus, ut petitione hereditatis fam. ercisc. Wesenb. ff. de her. pet. n. 8. Ineptus verò dicitur, si nulla adest causa petendi, aut posita est in idonea; opponitur deinde, Exc. ineptitudinis libelli arg. l. 2. in f. de form. & impetr. subl. ut si in causa criminali libellus non habeat expressum tempus & locum delicti. d. l. 3. ff. de accusat. Notes ex Praxi, quod reus non teneatur dicere, in qua parte ineptus sit libellus, sed sufficit, allegare ineptitudinem.



1366

V. Dn. D. Nicolai in suo proces. pag. 118. Trahi huc potest Exe
prohibitæ cumulationis. l. 11. pr. ff. de jurid. l. 16. & l. 18. ff. h.
Vid. l. 9. §. 1. ff. de tribut. Act. l. 76. ff. de leg. 2. l. 1. 24. ff. de V. S
cum singulis controversiis singulæ actiones, unusq; judicati fi
nis sufficiat. l. 6. ff. de Exc. rei judic. Formula hæc ponitur
Demnach Kläger in übergebenen Libello, qverelam in officiosi,
cum accusatione falsi testamenti & actione ad supplementum
in einander vermischer/ daß doch widerwertige Dinge seynd / zu
mahl per actionem falsi nullum prorsus testamentum esse in
tendiret, actio verò ad supplementum, aliquid relictū esse con
testiret, per qverelam leglich iniqua præteritio & exheredatio
geklaget wird/ woraus überall nichts Einstimmiges / zuge
schweigen darauff keine apta Sententia erfolgen kan / dero
wegen bittet Beklagter N. Klägern/ mit sochaner cumula
tion abzuleisen / Beklagter aber refusis expensis zu ab
solviren.

Th. XLVII.

Reo insuper Exc. plus petitionis concessa est, quæ actorem
sub movet, plus petentem, quam sibi debitum erat §. 10. b. 1.
§. 35. de act. Contingit verò hoc 4. modis 1. Re, v. c. Si petan
tur viginti, pro decem debitis. 2. Loco, ut si id quod Witte
bergæ solvi debet, Lipsiæ simpliciter petitur. t. ff. de eo quod
terr. loco. t. C. ubi conv. qui cert. loc. 3. Tempore, ut ante diem
vel ante conditionem existentem si petatur, quam rectè vocas
exceptionem pacti de non petendo intra certum tempus §. 10.
b. 1. §. 3. ff. eod. Huic non inconueniens præscriptio moratoria,
quam citra iniquitatem ac summum creditorum præjudicium,
ex justa ac urgentissima causa, personis certis, quæ injuria tem
porum bonis lapsæ sunt, tempore legibus determinato, Supre
ma Potestas indulget; Idonea verò cautio requiritur prout
videre est in l. 4. C. de prec. Imp. offer. Et deniq; 4. Causa, v. g.
si quis hominem stipulatus, Mævium petat; vel alternative sti
pulatus (quod regulariter non procedit: Perez. ad Tit. C. de
videndo) Mævium aut decem, petat Mævium, vel petat decem,
sum petitio alternativa esse debebat. Hanc verò exceptio
nem

1367.
nem non prorsus de vetudine esse inumbratam, patet ex fine
d. §. 33. f. de act. & exc. c. unic. X. de plus petitionibus.

TH. XLVIII.

Exceptionem competentiae inter peremptorias quidam
ponunt, quia post litem contestatam in ipsa quoque executione
possit opponi: Verius tamen est eam esse dilatoriam, Actio-
nem enim institutam prorsus non perimit, quae tamen perem-
ptoriarum natura §. 4. f. de except. Nam tamdiu creditori no-
cet, solutionemque debiti differt, quamdiu debitor facere non
potest. Si verò ad pinguiorem perveniat naturam, & facere
posse incipiat, exulat prorsus, neque hac reus amplius utitur.
l. unic. §. 7. G. de rei uxor. act. quibus verò personis competat
Vid. §. 38. f. de act. & Zang. p. 2. c. 15. n. 5. & seq.

TH. XLIX.

Dilatorias inter & exceptio Spolii locum sibi vindicat.
Objicit autem Spoliatus eandem isti, qui jam contra eum actio-
nem instituit & ante Spoliavit, ut ante omnia restituatur,
Spoliatus quippe ante omnia restituendus c. 2. X. de Ord. cognit.
Et quamquam Jure Saxon. terminus probatorius omnis Sex se-
ptimanarum; & trium dierum Spatio circum scribatur Landr.
lib. 1. art. 82. & Const. Elect. 16. part. 1. Exceptionis tamen Spolii
probatio, singulare quid habet quoniam etiam in foro Saxon.
secundum Jus commune intra 15. dies suscipienda. per sancto
Clariss. in Ordin. proces. judic. tit. 11. §. Desgleichen wann einer &c.
in verb. innerhalb 15. Tagen zum wenigsten seine Beweis-
Articul, sampt den nahmen der Zeigen und Urfunden über-
geben / und binnen solche Zeit &c. Ex quibus apparet, intra
praedictum tempus plenissimam non requiri probationem, sed
quod sufficiat intra praedictum terminum articulos tantummo-
do, cum nominibus testium, vel copiis instrumentorum judici
offerri, quantumvis probatio non plene absolvatur. Vid.
Dn. D. Taubm. olim hic Jctus Famigeratissimus D. 3. ex Pro-
ces. judic. Sax. §. 7. Dn. Bartholom. Reufner: D. Inaugur. de Fato
th. 147. Dn. Magnif. Carpz. P. 1. Const. 6. def. 2. Reservat verò
Proces. Judiciar. Sax. T. XI. von Exceptionen §. würde auch Kläger
D 3 belieben

1368.

Beliebet/ reprobationem intra istum terminum contra Spolii probationem, quæ tamen non conscientia Actoris committenda, sed testibus, aut instrumentis probanda est: *Dn. D. Taubm. d. l. 1b. 8. Dn. Carpz. d. l. Const. 6. def. 10.* Licet verò hæc exceptio dilatoria sit, nihilominus tamen etiam post litem contestatam objeci poterit, si forte de novo spoliū factum proponatur. *Mascard. de probat. Vol. 2. Conclus. 881. n. 1. § 2.* Aut reus fidem faciat juramento, Spolium ante litem contestationem factum ad ejus notitiam, iudicio demum accepto, pervenisse *c. 4. X. de Exc. Dominus Carpz. d. l.*

TH. L.

Inter dilatorias eminet etiam exceptio cedendarum actionum, quæ datur fidejussoribus solidum solventibus, ut eis creditor actiones contra confidejussores cedat. *l. 36. ff. de fidej.* quæ lex probat, eandem etiam post solutionem à creditore peti posse. *add. l. 95. §. 10. ff. de solut. ad l. 76. D. eod. tit.* Resp. quod non de confidejussoribus, sed de contutoribus agat, quorum diversam esse rationem, patet *ex l. 39. ff. de fidejuss. l. 1. §. 13. ff. de tutel. § rat. dist. V. Dn. Carpz. P. 2. c. 17. def. 15. (2.)* Resp. quod *d. l. 76.* agat tantum de in solutum acceptione. *Vid. Dn. Carpz. d. l. def. 16.*

TH. LI.

Exceptione sub & obreptionis utimur, cum per falsas & fucatas preces, falsa vel narrando, vel vera supprimendo mandatum est obtentum. *Vid. t. t. C. si contra jus vel util. publ.* Iudex igitur contra mandatum excipientem de sub & obreptione audiatur, nè puniatur *l. puniri C. d. t.* est enim res indignissima, apud Magistratum summum se insinuare furtivâ precatione sub honesti pretextu. Et licet de Principis Potestate disputare non liceat, cum hoc instar sacrilegii sit: De voluntate tamen & scientiâ ejusdem Disputare non est prohibitum, quia nonnunquam malè instruitur, nec præsumitur Eidem quid placere, nisi quod justum & verum est *l. 7. C. de prec. Imp. offer. l. 3. C. d. t. si contr. jus vel util. publ.* Habet verò locum d. Exceptio adversus quævis Magistratum supremorum Rescripta, aut Privilegia, quæ

quæ tacendo vera & exprimendo falsa alter in alterius læsionem impetravit *l. jus agnationis. ff. de pact. l. 2. l. 7. C. de prec. Imp. offer. Perez. ad tit. C. si contra Jus.*

TH. LII.

Quemadmodum autem plures coacervari possunt actiones *l. ii. ff. de Jurisd.*; ita quoque plures Except. etiam diversas successivè opponere licitum *l. 43. de R. J. l. 5. ff. h. t.* Imò & contrarias proponere quis potest, si e. g. negaverit, primo se hominem occidisse, deinde si vincatur, rectè allegabit ad sui defensionem, servato moderamine inculpatæ tutelæ se occidisse; non obstante regula, contraria allegantem nõ esse audiendum. Illa namq; non in reo, sed in actore obtinet, reo enim favore liberationis à lege indulgentur, ut quovis modo & quibusvis exceptionibus, etiam contrariis se defendat, nec unam tantum post aliam proponat, sed & simul omnes. Contrariæ tamen non copulativè proponendæ, sed alternativè, vel conditionaliter. v. c. si dicat negome pecuniam accepisse, aut si accepi, dico me solvisse. Hæc autem quæ diximus procedunt, nisi lex plures impediat exceptiones opponi (2) si sint veræ contradictoriæ, ut earum altera necessario sit falsa *l. 2. vers. sed si alius ff. quand. appell. c. imputari X. de fid. Instrum.* & (3) id quod videre est in *d. l. 43. de R. J.* Si reus debitum calumniosè neget, nulla postea adjuvatur exceptione *l. 22. §. f. de noxal. act. l. 1. §. 15. ff. si quadrup. paup. sec. dic. Nov. 18. c. 10. §. 8. junct. avth. ii. Possessor C. qui potior. impignor. Clarisf. D. Struv. d. l. Perez. ad h. t. n. 29.*

TH. LIII.

Dum de ferè famosioribus exceptionibus dilatoriis egi, de modis earum proponendarum dicere paucis lubet. Uti verò actionum ita & Exceptionum formulæ ex pratico Syllogismo constant bonum est; major enim contineat Jus, minor personæ agenti Jus detrahat, de præsentis, aut taliter experiundi, aut compellendi reum ad respondendum, ex quibus præmissis conclusio sequatur, actorem seil. non audiri, vel reum ab instantia, absolvi debere. Quem proponendi Processum optimi JCo- rum præscribunt, ut *Oldendorp. in Enchiridio Except. p. 115.* dum scribit:



1370.

scribit: Melius est quod & docti causarum patroni observant, ut exceptionem quoque; Syllogistica forma connectas, scil. Maggiore & Minore & Conclusionem. Sic enim melius & litigatores & Judices de qualitate defensionis disceptare possunt. *add. Matth. Coler. ad cap. Pastoralis X. de Exc. n. 13. p. 48.* ubi dilatoriarum longum habes Syllabum,

TH. LIV.

Tempus proponendarum exceptionum dilatoriarum, silentio non prætereundum. Sunt verò ea regulariter ante litem contestationem & objiciendæ & probandæ, *l. pen. & ult. C. h. Obst. l. 19. C. de probat.* ibi dicitur; dilatoriam probandam esse, postquam actor monstraverit, quod asse verat. *Resp. d. l. 19.* non de dilatoria concernente personas in judicio intervenientes; Sed de dilatoria pertinente admerita causæ intentionis & rei: loquitur. *Dn. D. Schnobel. D. 22. ad π. §. XI.* Quare si Advocatus inter primordia litem prætermisam dilatoriam exceptionem, postea opponat, carebit peritis & condemnatione pariter unius libræ auri multabitur *arg. l. pen. C. h.* neque Judex procedere debet, quia processus est nullus *c. exhibita de judic* Limitatur autem atque; fallit hæc regula in *Exc. excommunicationis per tx. in cap. exceptionum de Exc.* item si exceptiones post litem contestatam competere demum cœperint, aut ad notitiam rei pervenerint *l. 4. h. t.* it. quando habeant causam successivam, ut *Exc. loci non tuti Gail. 1. observ. 25. n. 3.* it. si reddant judicium retrò nullum, *vid. Clarif. D. Struv. d. Disp. th. 7.* it. Si tertius de suo interesse compareat, ille potest Dilatoriam except. opponere, non obstante litem contestatione. It. fallit, quando reus eam fuisse sibi competituram errore facti ignoraverit; justa enim & probabilis ignorantia nemini damnum afferat *c. ignorantia de R. J. in 6to.* it. Si Judex parti reservaret dilatorias *Exc.* quia eo casu bene possunt opponi post litem contestatam *per c. ad dissolvendum de Sponsal. impub. & quæ similes.* Multorum verò locorum Constitutiones observantiaque; habent, ut quis except. Dilatorias omnes, quibus usus est, simul opponat. *V. Nov. Ordinat. judic. Saxon. T. XI. pr.*

Simi-

Simi-
Judic
ad tit

tur, c
supra
rum
riaru
auter
13. in
existu
do ei
dilate
perpe
perim
cendu
tem c
in 6to
tiam,
proba
post
sente
Excell
tiam
tam
in ips
actæ
Dn. C
vid. R
wöhn
ordne

peren



1371.
Similiter & peremptorias conjunctim objiciat. *Dn. Carpz. proe. Judic. T. 9. art. 1. n. 12. § art. 7. n. 12. vid. l. 19. C. de probat. Perez. ad tit. C. b. n. 9.*

TH. LV.

Tempus nunc est, ut de altera Exceptionum specie tractetur, quæ Peremptoriæ & perpetuæ dicuntur, de quarum natura supra actum est. Uti verò dilatoriarum, ita & Peremptoriarum enumerare nomina difficilis est res, cum tot sint Peremptoriarum, quot causarum, & actionum genera habentur. Quod autem eas attinet, habent, semper locum, nec evitari possunt. *l. 3. in pr. de except.* Nascuntur autem vel à principio, vel postea existunt; sicuti vitium aliquando inhæret obligationi, aliquando ei rectè constitutæ postea accedit. Quemadmodum verò dilatoriæ except. ad tempus agenti obstant, ut dictum; ita hæc perpetuæ. Semel enim oppositæ, rem qua de agitur perpetim perimunt *§ perpetuæ Inst. de except. l. 3. ff. eod.* Nec illud retinendum, quod quædam earum vel in vim dilatoriarum ante litem contestatam, & incontinenti probandæ sunt *c. 1. de lit. cont. in 6to.* Vel cum litem contestatione, vel post eam, usq; ad sententiam, sive in stricti Juris, sive in bonæ fidei judiciis opponuntur probanturq; *l. 3. de rescind. Vend. l. 84 §. qui servum ff. de leg. 1. post rem judicatam verò regulariter non admittantur, neq; post sententiam, nisi in appellationis instantia l. 8. C. de exc. § quæ Excell. D. Struv. th. 9. in f. excipit.* Si verò praxin & observantiam huc trahere volumus, aliud certè asserendum, ibi enim tam in bonæ fidei, quam stricti Juris judiciis peremptoriæ Exc. in ipsa statim litem contestatione à Reo sunt objiciendæ, seu peractæ litem contestationi statim annectendæ *Zang. de exc. add. Dn. Carpz. de fin. 7. tit. 9. de exc. n. 5. l. 8. § 9. C. b. l. 9. de præscr. vid. Recess. Imp. Spirens. de anno 1570. §. Demnach sollen die gewöhnliche Termin Recess. Ratisb. de anno 1549. §. Sehen demnach ordnen.*

TH. LVI.

Quo verò brevibus me absolvam, generalissimam peremptoriarum exceptionem, quæ juris salutatur nomine.

E

ne



1372.

mine proponam, quæ reus à limine iudicii actorem repellit, ejusmodi sententiam proferentem, quæ Juri alicui scripto, vel non scripto è Diametro repugnat. *l. 19. ff. de appell.* Nam si veritas exceptionis fuerit monstrata, nequit iudicium firmari negotio proposito *l. 1. C. qui accus. non poss. d. 1. 19.* Deinde exceptio falsi huc referri potest, quæ locum habet, si ex falsis allegationibus, sive Juribus sive instrumentis vel factis, intentionem adversarius præmuniit, quæ etiam post sententiam objici potest, quia sententia super falsis allegationibus lata nulla est *l. 1. §. 1. t. C. si ex fals. instrum.* observes bonam *Oldendorpii in Enchiridio except. Rubr. Except. falsi p. 153.* cautelam, quod si exceptio hæc intendenda sit, petas restitutionem excipiendo & petendo sententiam, si ullo jure teneat, rescindi. *l. querelam C. de falsis.* Spectat quoq; huc exceptio contrarietatis, qui enim allegat contraria, non auditur *l. 1. C. de furt. it. Exc. nullitatis,* quæ toties, quoties inutiliter aliquid in iudicio peractum, competit *l. 5. C. de Legib.* iterumq; post sententiam quoq; ad impediendam executionem objicitur rectè, modo nullitas hæc sit notoria, vel ex actis, vel excipiens offerat se ad probationem statim faciendam *l. 4. §. 6. ff. de re judic.* Si hæc exceptio ad executionem impediendam opponatur, in continenti est probanda, quoniam executio sententiæ summariam requirit cognitionem *l. 15. §. 4. ff. de re judic.* De Jure Sax. intra terminum sex Septimanarum & trium dierum, à die publicatæ sententiæ computandorum, præcisè est alleganda, adeò ut postmodum ejus allegatio minime admittatur. *Ordin. Procesf. Elect. Sax. tit. 38. pr. von der Nullität. Dn. Carpz. p. 1. Const. 62. def. 21.* Querela verò hæc nullitatis *d. tit. 38.* haut impedit, quo minus res iudicata executioni mandari queat. Referri huc tandem potest, omnis illegitimæ actionis Except. quæ adversus legem, vel consuetudinem in alteriusve fraudem intenditur, veluti actio ex pacto de futura viventi hereditate acqvirenda, vel omittenda *l. 15. l. ult. C. de pact. & similes.*

TH. LVII.

Ex post facto porrò superveniunt, ut exceptio rei iudicatæ, quam reus à lite sibi quondam mota absolutus, eidem actori eandem

eandem litem denuò moventi opponit, rebus enim semel judi-
catis standum est. *l. 1. C. de re judic.* judicata namq; res pro ve-
ritate habetur *per l. rem ff. de R. J.* Nec officit *l. inter §. 1. ff. de
V. O.* quod Civilis tantum obligatio per sententiam tollatur,
remanente naturali, quum judicium & sententia reddantur
in invitum *d. l. inter.* quia per hanc exceptionem quæ est æqui-
tatis, actio quæ est Juris eliditur *§. 5. J. de Exc.* aliàs enim nullus
esset litium finis *l. 2. C. de re judic. l. fratr. C. de transact. vid. Dn.
Carpz. T. 6. A. 3. n. 69. & seqq.* dum autem quæritur an hæc exce-
ptio noceat nec ne, inspici oportet an idem sit corpus, quanti-
tasq; eadem & idem Jus; & an eadem petendi causa & perso-
narum conditio. De quibus requisitis *vid. Zang. par. 3. c. 15.
Coler. c. 1. de exc. n. 14.* Affinis huic est exceptio illegitimæ ap-
pellationis, quæ opponitur appellationem persecuturo; ejus-
dem finis est, ut appellantem propter sententiam, quæ propter
desertam non autem devolutam appellationem, abiit in rem
judicatam, removeat, adeò ut nunquam resuscitare debeat cau-
sam. *vid. Auth. hodie C. de appell. Auth. ei qui de temp. & rep. ap-
pellat. Clement. quamvis 2. de appellat. c. 4. §. inbibemus de privi-
leg. in 6to. Zang. par. 2. c. 19. dis.* Nec præcedenti dissimilis est
exceptio pronuntiationis Commisariæ, quam reus actori op-
ponit, eandem litem jam antea coram Commisariis sopitam,
denuò moventi.

TH. LVIII.

Exceptio Jurisjurandi *§. 4. J. h. t. l. 15. eod.* sequitur, quæ ex
juramento voluntario & judiciali nascitur; Dum enim reus
deferente actore, sive extra judicium seu in judicio, dum iudex
pro tribunali sedet, juraverit se nihil debere, vel rem petitam
suam esse & fortean iterum conveniatur, hac exceptione se tue-
bitur. *l. 9. §. 1. ff. de Jurejur.* Illi verò qui putant quod jusjuran-
dum, ipso Jure tollat obligationem non sunt audiendi, cum in
d. §. 4. J. h. t. dicatur si debitor venditore deferente, juraverit
nihil se dare oportere adhuc obligatus permanet. Sed gravis
adversaria constituta est in *l. 7. & l. 9. ff. de jurej.* Resp. non tex-
tum sensus est quasi post juramentum nulla super sit actio, se-



1374.

quod iniqvuum Prætori visum fuerit, actionem dare, dum juratum esse contra actorem constat.

TH. LIX.

Exceptio Præscriptionis, datur reo convento, *vid. Donell. ad rubr. Codic. de Exc. n. 15. fol. 668.* contra dominum rei vindicatione utentem, si tempore legibus definito se possedissee probat, juxta atq; statim absolvitur. Spectat huc usucapio, quæ bono publico introducta, ut lites finem invenirent *l. fin. ff. pro suo*, nec rerum dominia sic essent in incerto *l. 1. ff. de usucap.* Verum itaq; plenum, justum & perfectum dominium eadem alicui adjicit *l. 4. in f. C. de præscript. 30. & 40. ann.* Si bona fides, titulus & continuata ad fuerit possessio ad ultimum usq; definiti temporis diem. Triplex autem à Dd. statuitur usucapio; (quam quidem divisionem jam ex animare meum non est) odiosa scilicet 30. vel 40. ann. Mixta 20. & 10. ann. & Favorabilis, hoc est, usucapio trium annorum. *Vid. Coler. de præscript. ad c. illud n. 12.* Formula talis potest esse. P. P. Beklagter erscheine zu Folge ergangener Citation, citra animum lites contestandi exceptivè vor bringend/ gleich wie ihm von Klägers asserirtem Dominio überall nichts Wissend/ als thue er ihn Zugezogene injurias ad animum revociren/ und weil Beklagter sein Haus und Hoff über 40. Jahr/ ohn einize des Klägers Einrede geruhig besessen/ als sind obgleich Kläger einig Dominium daran gehabt hette/ daß doch nicht zu glauben/ alle deswegen competirende Actiones jure præscriptionis getödtet/ und Beklagter perpetua securitate versichert/ aus den Ursachen dann Beklagter submissè bittet ihn definitivè zu absolviren/ und Klägeru in Schaden und Unkosten zuverurtheilen.

TH. LX.

Exceptio Transactionis munit reum adversus actorem lites transactione finitas redintegrantem. Nihil enim ita fidei congruit humanæ, quam ea quæ placuerunt, custodiri. *l. 20. C. de transact.* Nec ullus erit litium finis, si à transactionibus bona fide

4575.

na fide interpositis coeperit facile discedi *l. 10. C. eod.* Est autem transactio liberatorius actus, quo pars una litem dubiam, praesentem futuramve sic remittit alteri, ut haec vicissim eo nomine aliquid ex stipulatu, vel pacto promittat. Eam Exc. rei judic. valde congruam esse, ex dictis apparet *l. 20. C. h. t.* uti enim Exc. rei judicatae, ita transactionis efficaciter non objicitur, nisi ejusdem rei, ex eadem causa, petitio inter easdem personas instituat *l. 9. §. 1. de transact. l. 135. §. f. de V. O.* Formularii forte verba ita conciperent: **Demnach zu recht versehen/ daß vertransigirte Sachen nicht mögen resuscitiret werden/ und diese Controversiã von Kläger anbracht/ vor Jahren per amicabilem compositionem entschieden/ wie auß mit kommenden Instrumento in continenti zu beweisen/ als wird gebeten/ mutwilligen Kläger ad recognoscendum zu compelliren / und Beklagter refusis expensis definitivè zu absolviren.**

TH. LXI.

Exceptio solutionis paratam impedit & avertit executionem *Dn. Carpz. T. 22. A. 3. n. 9.* nemo enim condemnari potest, ut bis solvat, si incontinenti solutionem semel factam probaverit *Const. Elect. 8. part. 1.* Formula est: **Würde Kläger die von Beklagten producirte Quittung gebührliehen recognosciren/ immassen ihm zu thun oblieget/ so hat Beklagter dadurch seine vorgeschükte Exception solutionis zur Noth/ durffte bey bracht/ und wird demnach von Klägers Zusprechen/ oder angehalten Execution- Klage / billich entbunden/ immassen Wir ihn hiermit hievon entbünden und loszehlen.** Hujus species Compensationis exceptio *l. 4. de compens. saluta-* tur, quæ describitur, quod sit debiti & crediti inter se facta contributio *l. 1. ff. de compens. qva qvi convenitur creditorem suum, eundemq; debitorem petentem submovet l. 2. ff. h. t. vid. Const. Elect. 8. part. 1. verb.* **Daß die Compensation als in Krafft einer Solution sol zugelassen werden** *add. Dn. Carpz. T. 22. A. 3. n. 28.*

E 3

ubi



ubi talis sententia profertur: Das Beklagter mit der angeführten compensation wird von Klägern producirte Brieff und Siegel billig zu hören. B. N. W.

TH. LXII.

Exceptio porrò Usurariæ pravitatis datur reo ad executionem impediendam paratam, contra creditorem, qui immoderatas usuras accepit, has enim & stipulatum esse illum & exegisse, ex osum maximè LL. habent, hinc quæ rectissimè hæc exceptio Juris Natur. esse dicitur. *Dn. Carpz. d. l. n. 21. vid. Ordin. Torgens. de ann. 1585. tit. Von wucherlichen Contracten §. es trägt sich auch, vers. Do aber dennoch &c. Modus pronunciandi talis præscribitur: Das Beklagter mit der Vorgeschnitten exception usurariæ pravitatis, auch bey diesen execution Proces nicht unbillig zu zulassen B. N. W. Isti quam proximè accedit, exceptio simulationis (quæ cum doli exceptione eadem non est, cum ille à simulatione secernatur *l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.*) quæ datur Reo quando aliud actum, aliud verò in contractu scriptum est *vid. t. t. C. plus valet quod ag. in continenti verò ad paratam executionem impediendam objicienda est: Zang. par 3. c. 26. n. 84. add. Dn. Carpz. d. l. 27.**

TH. LXIII.

Novationis exceptionem, quod attinet *l. 1. ff. de novat.* competit ea Reo principali ejusq; fidejussori, quando transfusio prioris debiti in novam & aliam obligationem, priori penitus perempta, facta est. *l. 1. ff. eod. l. 9. eod.* Duplex verò perhibetur; voluntaria alia quæ fit stipulatione; alia necessaria quam litis contestatio inducit *l. 29. d. t.* Constat verò ex *l. f. C. de novat. §. 3. Inst. quibus modo toll. oblig.* quod novatum non sit, nisi novandi animo in novam obligationem itum fuerit.

TH. LXIV.

Hanc excipit exceptio pacti conventi de non petendo, quæ locum habet, cum creditor pactus est, nè omninò à debitore suo peteret *§. 3. §. 9. Inst. de exc. l. 56. §. 5. de V. O.* quod pactum & tacitum esse potest, ut si creditor, cui majores usuræ debentur,

tur, sciens per certum tempus, minores acceperit l. 5. § 8. C. de
usur. vel si reddatur cautio, tunc enim videtur convenisse, ne
peteretur. Nec causa debet intervenire, cum pactum sit
conventio sine causa. arg. l. 65. §. 2. ff. de condict. indebit. & quia
liberatorium est, uti rectè scribit Trent. V. 2. D. 26. th. 6. lit. b.

TH. LXV.

Exceptione delegationis reo subvenitur affirmanti, obli-
gatione, quâ creditori devinctus erat, interventu tertii sublata,
nullam actori superesse actionem. Est enim delegare vice sua
alium reum dare creditori vel cui jusserit l. 11. ff. de novat. & qui-
dem, vel scriptura, vel nutu l. 17. ff. h. t. & consequenter etiam
inter absentes fieri potest arg. l. 2. §. 1. & 2. de O. & A. vid. Zang.
p. 3. c. 6. in pr. Eiusdem farinae est acceptilationis exceptio. Illa
autem ficta & imaginaria solutio est, seu liberatio per mutuam
interrogationem, quâ utriusq; contingit ab eodem nexu solutio
l. 1. ff. de accept. quæ se rectè habet, absolvit enim creditor à ne-
xu, quo debitor nequitur. Discrimen verò est inter acceptila-
tionem & apocham, quod illâ liberetur debitor, etsi non solvit;
hac verò non aliàs, quàm si pecuniâ soluta sit l. 19. §. 1. ff. eod.

TH. LXVI.

Quæ creditorem eundemq; modo diverso debitorem pe-
tentem submovet, est ex. compensationis, si reus compensa-
re paratus sit l. 2. h. t. Utuntur autem eâ debitores quicumq; ad-
versus quoscunq; Creditores d. l. 2. idq; ob æquitatis § pen. 7.
de act. & litium dirimen datum generalem rationem, quia in-
terest, nostra potius non solvere, quàm soluta repetere, l. 3. h. t.
Sed specialis interdum ratio sufficit, quo minus compensatio
admittatur vid. l. 16. in pr. de Compens. Subnecto Except. Con-
fusionis quæ comperit, si e. g. debitor creditori & creditor de-
bitori heres existat. Atq; hoc casu, quia debitum & creditum
in eandem concurrunt personam, fit confusio, quâ obligatio &
actio ipso Jure tollitur l. 5. C. de hered. act. Longè verò aliter
se res habet, si ex reis stipulandi vel promittendi alter alteri suc-
cedat. In utraq; enim specie Scævola in l. 93. de solut. Confusio-
nem fieri negat, allatâ ibidem de reis stipulandi ratione satis
evidenti.

LXVII.



1378.

TH. LXII.

Decantata satis est divisionis Exc. fidejussoribus, si plures sint, competens. Licet enim unusquisque eorum stricto Jure in solidum teneatur § 4. *f. de fidejuss.* Ex Epistol. tamen D. Hadriani, hoc gaudent beneficio, ut ille qui in solidum convenitur, possit opponere exceptionem & desistere, ut pro parte in se detur actio d. §. 4. *l. 28. de fidej. l. 10. §. 1. C. eod. vid. l. 27. de fidej. in l. 26. ff. de fidej.* ostenditur differentia, inter tunc competere ipso Jure & per exceptionem, ut si quis fidejussorum ante exactam à se partem sine hereditate decedat, aut à ad inopiam vergat, pars ejus ceterorum onus respiciat: Utile enim foret fidejussoribus adire judicem, ut declaret, quod singulis exc. divisionis competat, imò *d. l. 28. ff. de fidej.* permittitur, ut unus divisionem à Judice fieri petat & pro reliqua parte silentium quoad personam sui creditori imponatur.

TH. LXVIII.

Dixi hactenus de iis exceptionibus ex post facto descendentibus, quam brevissimis nunc dicendum ad huc venit, de illis ex principio quæ nascuntur, quæ præposteratio adeò vitiosa non erit *arg. §. 34. f. de legat.* Harum verò ante signana sit Exc. metus, quæ ipsa sanè ab exceptione doli differt, cum hæc sit personalis; illa verò metus in rem scripta ubi saltem quæritur an metus sit illatus *l. 4. §. 33. ff. de dol. mal. & met. exc.* qualis verò requiratur metus *vid. in l. si donationis & l. si per vim. l. f. C. d. t.* Notes verò velim, quod licet metus causam contractui b. fidei dederit, non tamen est ipso Jure nullus, quia metus, utut intellectum quodammodo turbet, non tamen in errorem rapit, sed ex metu agens scit utique quid agat, ac, minus eligendo malum velit, licet coacte, quoniam coacta voluntas quoad actus imperatos est voluntas *l. 21. §. pen. ff. quod met. caus.* Deinde ex *Tibulis Nova Pacis de Anno 1648. c. 4. §. contractus*, Permutationes &c. constat, quod quidem contractus &c. vi metuve extorti aboliti sint, ut eo nomine agere minimè liceat, instrumenta verò crediti vi metuve creditoribus extorta, restituenda sint, actionibus desuper salvis.

TH. LXIX.



TH. LXIX.

1379.

Petitorii seu domini exceptionio est; quâ Reus actione possessoria conventus, actori suum in re controversa dominium in continenti probandum opponit, *l. 13. §. 1. ff. ad SCtum Trebell. l. 3. ff. ad exhib. & l. 1. C. de Edict. D. Hadrian. toll. hoc verò in interdito adipiscendæ & retinendæ obtinet arg. dd. texx. & l. 40. ff. de acquir. poss. Secus verò est in possessionis recuperandæ actione, quia spoliatus ante omnia restituendus *l. 1. C. si per vim vel alio mod. excepto eo casu, cum actor petitorium iudicium cum possessorio conjunxerit. c. cum Ecclesia Sutrina & c. seq. X. de causf. poss. & propriet. vel dominium ex re iudicata; vel aliundè evidens & notorium fuerit. c. ex parte M. X. de restitut. Spoliat. vid. Zang. p. 3. c. 24. in pr. & seqq. Brevibus & de Erroris Except. videbo, quæ reo sine causa quid promittenti datur, si modo causam promittendi legitimam existimabat, quæ tamen nulla erat. Dicitur etiam in factum, quia reus factum solum, iudici recenset, rem nempe aliter se habere ac ab actore narrata sit. Plura hac de re vid. ap. sapius laudatum Zang. d. l. c. 3. n. 109.**

TH. LXX.

Claudat agmen tandem Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ datur ei qui dum sperat, se pecuniam mox accepturum, literis caret se accepisse, quam non accepit. Quæ duplex est una competens creditori, dum apochâ data fassus est, se recepisse pecuniam mutuam, quam non recepit *l. 14. §. 1. l. 5. C. de non num. pec. altera verò debitori, ubi scripsit, se mutuum accepisse, quod non accepit. Observandum, quod exc. hac contra naturam aliarum except. solâ negatione absolvatur, rejecto onere probandi in actorem, *l. 1. C. de probat. l. 3. C. de non num. pec. Sunt qui ab hac aliam & quidem aliis exceptionibus, quæ probandæ sunt, parem esse putant eamq; perpetuam in l. 2. §. 10. & 13. C. de non num. pec. quod Forum admittit. Formulæ pronunciandi sunt: **Diemeil Beklagter nicht geständig, daß er die in der producirten Obligation enthaltene Post &c. Wirklichen empfangen. So ist Kläger solches binnen**
F Sächsis**



1380.

Sächsischer Frist zuerweisen schuldig. B. N. W. Dies
weil Beklagter exceptionem non numerata pecuniae
vorgeschüzet / so ist Kläger / daß er ihme die geklagte Schuld
Post Wärecklichen außgezahlet / bezubringen schuldig.
B. N. W.

LXXI.

Nunc non nihil de ipsâ exceptionum materia dicendum
venit. Est autem illa vel circa quam, vel ex qua; Materia cir-
ca quam sunt actiones & judicia, quibus exceptiones opponi
solent l. 2. in pr. §. 1. ff. de except. Materia ex qua est Jus cujus-
que proprium fluens ex obligatione, vel simili causa, facto, tem-
pore, loco, personis &c. §. 1. 2. J. de exc. l. 2. §. ult. l. 3. eod. l. 4. §. 1.
competit. ff. si Servit. vindic. Rectè dicitur proprium Jus, nam
sicuti ex Jure tertii, nec actio, ira nec oritur exceptio. d. l. 4. §. 7.
si Servit. vind. l. 8. §. 1. C. de prescript. 30. vel 40. ann. vid. Wesenb.
ff. de except. n. 8.

TH. LXXII.

Quod ad formam; Exceptiones olim à Præatore daban-
tur perindè atqve actiones. Cujac. lib. 5. obs. c. 34. Wesenb.
ff. de exc. n. 9. Sed hodiè exceptiones formam nullam ha-
bent Wesenb. d. l. (scil. formam solennem ac ita externam, imò
quibuscunq; verbis, viva voce, scripto vel absq; scripto propo-
ni possunt l. 13. §. 10. ff. de excus. l. 48. ff. de proc. l. 52. ff. de act. em-
à Reo per l. 2. ff. de exc. Consistit ergo exceptionum forma, quam
nunc habent, in eo, quod à reo sint proponendæ d. l. 2. b. nec
enim Judex factum exceptionis supplet, nisi ex actis ea appareat,
Vid. th. 4. supra. Quin imò ut supra dictum proponi possunt
diversæ etiam, imò contrariæ Dd. in dd. ll. & Canonista in c. 20.
de. R. J. in 610. modo in facto sint compatibles arg. l. 14. C. de
fide. Instrum. l. 188. de R. J. neq; Lex cumulationem illarum im-
pediat l. 43. eod. Debito autem loco & tempore ejusmodi de-
fensionibus utendum est. Locum percipio judicii c. 11. verb.
exceptiones de prob. tempus verò, ut vel ante, uti in dilatoriis
regulariter fit, vel post litem contestatam, ut fit in perempto-
riis. Vid. th. 55. proponantur.

TH. LXXII.

TH. LXXIII.

Finis est, ut defendantur rei, §. 1. *J. de exc. l. 11. C. eod.* impugnetur actio §. 1. *J. b. t. l. 2. ff. eod.* & temporis dilatio tribuatur §. 10. *J. b. l. 3. ff. eod.* Quæritur verò circa finem, num reus satisfaciens ante sententiam absolvatur saltim à processu, observatione iudicii, seu instantiâ; num verò definitivè ab actione, actoris Jure & ipsa causa? Prius Accursio & Platea, cum reus per satisfactionem à causa absolvatur; Posterius mihi cum Mynsingero arridet, quum hoc reo utilius sit, ut si fortè probare nequeat satisfactionem, possit absolute niti. Accedit & hoc, quod saltim ab observatione iudicii, liberato reo, tantum acta causæ redderentur irrita *l. properandum C. de judic.* ac ita ipse reus adhuc processum metuere haberet, quod vix natus verbi satisfacere sensus admittit, cum satisfaciens creditori amplius obligatus non sit.

TH. LXXIV.

Ad effectum refero, quod reus exceptione agat *l. 1. ff. de exc. perimat actionem, vel eam differat.* Videtur obst. *l. 8. in f. ff. de V. S.* ubi actionis verbo, exceptio non continetur. Verum enim verò Resp. quod in *d. l. 1.* legatur, excipientem agere videri, quæ vox improprietatem hic importat, ac ita quando dicitur exceptionem esse actionem, ad eam nullo modo referendum est significationem, quæ propria est actionis & Juris significatio; sed quæ facti & ad factum *ἐν πλάτει* refertur *Gædd. ad d. l. 8. §. 1. n. 5. fol. 197. & Gothofr. ad d. l. 1. lit. f.* aut ita responderem ob hæc *d. l. 1. ff. verba; nam reus in exceptione actor est,* scil. quia hanc probare gravatur.

TH. LXXV.

Exceptioni affinis est Duplicatio, quæ adversus replicationem, primo intuitu justam, reverà autem iniquam conceditur §. 1. *J. de replic. l. 2. §. pen. ff. de exc.* item Quadruplicatio, quæ triplicationi opponitur §. 3. *J. d. t.* Sicut contra exceptionem, replicatio permittitur *d. l. 2.* contra replicationem duplicatio *d. §. 1.* & contra duplicationem triplicatio §. 2. *J. d. t.* contra triplicationem quadruplicatio §. 3. *d. l. 2. §. pen.* & rursus contra quintuplicationem quintuplicatio & sic porro

F 2

Gothofr.

1381



1382.

Gotbofr. ad d.l.2. lit. O. donec liri finis imponatur. Certum autem modum in Ordinatione Camerae praescriptum deprehendo, nim. in dilatoriis ultra duplicationem & in peremptoriis ultra triplicationem non esse procedendum, d. Ordin. Camerae 3. tit. 26. §. wo aber & tit. 29. in fin. Imò Jus Canonicum, cum saepè per dilatorias exceptiones malitiosè causa proteletur, voluit, ut intra certum tempus omnes dilatoriae opponantur. cap. 4. X. de exc. Quod Serenis. Sax. Elect. ex liberrimo arbitrio suum fecit, dum in Const. 3. part. 1. sancit ibi; daß alle exceptiones sie seyn declinatoriae oder dilatoriae &c. alle auff einmahl im berührten ersten Termin für gebracht und alsbald die litis contestatio angehen get werden soll/es sey dan die declinatoria disputirlich; tum in nova Ordin. Judiciar. Tit. XI. in pr.

TH. ULT.

De dissentaneis repete ex th. precedente, ibi sicut contra Exceptionem &c. Contraria etiam sunt nullitas & exceptionum in iustitia, item Obscuritas arg. pr. Inst. de replic. l. 2. de aut. tut. l. 6. qui satisd. cog. l. 1. §. 6. de sum.

Hæc itaq; de hujus materiae nobilitate ac præstantia rudi Minerva à me dicta sufficiant, quæ quin accuratiorem desiderent enodationem inficias non ibo, id feci quod humeri ferre possunt, ac illud tritissimum pensi habui: Qui nunquam malè, nunquam benè; à Præceptoribus enim meis cū audiverim sapius, parva non esse contemnenda, utpotè sine quibus magna consistere nequeant, bono sum animo, levidentia hæc bonum lectorem æqui boniq; consulturum esse; ac licet fatear ingenuè, à me magna expectari non posse, cū sciam me meo pede & modulo metiri, interim tamen, cum & in tertiis quartisq; consistere datum sit, & eò ire ipse velim, quo DEUS

& viviculæ siverint, læto sum animo, me apud

Bonos nullum vituperium incursum

esse. Sit verò.

JESU MEO

GLORIA IMMORTALIS!

Sic



Siccine venturo jam nunc præludis honori
MÜHLMANNE Præstantissime?
Scilicet occultis virtus non desidet antris;
Sed luce gaudet publicâ.
Tempus erit Tua quo clarâ Te luce reponet
Virtus, & astris inseret.

Benevolentia testanda ser.

CHRISTIAN-KLENGEL, D.



AD

Per-Eximium Doctissimumq;

DOMINUM

FRANCISCUM MÜHLMANNUM,

Cum De

EXCEPTIONUM JURE

DISPUTARET,

AUTOR:

Quod Natura docet, quod Jus Com-
mune, quod Usus
Exigit, id calamo, VIR ADAMATE
doces:

*Laudo: sic pergas Themidis lustrare
facellum:*

*Et venient certo digna brabea
pede.*

JOACHIMUS Nerger/

D. & Prof. Publ.



1384.


Quid sint & valeant Legum excipienda peritis,
Plus satis id monstrant themata scripta
tua.

Rectius hæc novit, qui de cathedraq; tuetur,
Optimus est cultor juris & Aonidum.
Nomine nunc illo digno, MÜHLMANNE, vocaris,
Tradens mille modis partibus excipere,
Gratulor hoc specimen tibi, præmia digna præ-
corq;
Ut patrie quondam commoda ferre
queas.

Conatibus laudatis.

DN. RESPOND. applaud.

Christophorus Mottnagel/
Prof. P. & Acad. SEN.



ARdua, nî fallor, res est Exceptio juris,
Perplexumq; tenet prima vel ima
locum;

Nec tamen erubuit coram proponere noster
MÜHLMANNUS tales, Ore manuq; pro-
bans.

Stre-

1386.

ERRATA:

- Tb. 26. pro Fuerint, fuerit. Tb. 27. pro verbo enim, verò
Tb. 28. ferè in f. & iudicium præiudicio pro & de
Tb. 29. pro annullatur annullatur ibid. rei iudicatur pro
iudicata.
Tb. 30. pro remouentur remouentur. Tb. 32. pro Schnobelo
Schnobelio.
Tb. 33. autem Senatorem pro aut
Tb. 35. pro menses data dati: pro ditia, distantia.
Tb. 36. inf. pro sicq, siq
Tb. 39. pro prorsus Processus.
ibi pro discipulos discipulus.
Tb. 42. pro Constit. 2. Constit. 4. & pro verb. in actis
würeklichen/ Wörtlichen.
Tb. 46. pro Civibus Civilibus.
Tb. 51. pro pretextu pratextu.
Tb. 52. pro indulgentur indulgetur.
ibid. post l. 43. de R. J. num. 3.
Tb. 54. pro carebit pertitis petitis.
Tb. 55. pro admittantur, admittuntur.
Tb. 59. pro exanimare examinare.



Wittenberg, Diss., 1664-65


ULB Halle 3
004 716 361




1

VDM 7







le me-
Maje-
quod
possit
i con-
corum
ocul-
atem,
xure
patu-
e pos-
umq;
coll.
perii,
loma-
stores
cinus
re, ne
itimē
onem
aden-
icum
orem
s. Si
ani-
ibere
ficiat.
sere,
Non
cre-
ando
viri-
s fa?

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA
De
EXCEPTIO-
NIBUS,
hodierno ferè Foro accommodatis;

1330.
16
1664

Quam,
Permisu Magnifici Jctorum Ordinis,
SUB PRÆSIDIO
VIRI
Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,
ac Excellentissimi

167

DN. JOACHIMI **Bergers** /
J. U. D. & Prof. Publ. Cur. Elect. Scab. Jurid. Facult.
nec non Judicii Provincialis, quod est in inferiori
Lusatia, Asfesi. Gravisimi,

DN. Patroni, ac Preceptoris sui omni honoris
cultu suspiciendi & prosequendi,
Ad d. 17 ~~Septemb.~~ *Septemb.*
publicè examinandam exponit

A U T O R
FRANCISCUS MÜHLMANNUS, VVitteb.
IN AUDITORIO JCTORUM
Horis consuetis.

WITTEB. Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.
ANNO M. DC. LXIV.

41.

